(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

N. 1. C. 2.

18

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja



(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

LEXICON

HEPTAGLOTTON,

{HEBRAICUM, CHALDAICUM, SYRIACUM,} {SAMARITANUM, ÆTHIOPICUM, ARABICUM,} Conjunctim;

Et PERSICUM, Separatim.

In quo, omnes voces Hebrææ, Chaldææ, Syræ, Samaritanæ, Æthiopicæ, Arabicæ, & Perſicæ, tam in MSS^is. quàm Impreſſis libris, cumprimis autem in Bibliis Polyglottis, adjectis hinc inde Armenis, Turcicis, Indis, Japonicis, &c. ordine Alphabetico, ſub ſingulis Radicibus digeſtæ, continentur.

Earumque ſignificationes, omnium præſertim in SS. Hebræis Bibliis ſemel tantum occurrentium, multo aliter quam apud Modernos, ſive Hebræos, ſive Chriſtianos, ex tribus Chaldæis Targumin, utroque Babylonico, & Hieroſolymitano Talmude, vetuſtiſſimorum Rabbinorum Commentatoribus, Theologis, & Philoſophis, Variis S. Scripturæ Lectionibus Hebr. Chald. &c. tribus exemplaribus V. & N.T. Syris, tribus magna ex parte utriuſq; Æthiopicis, tribus Arabicis, duobus Perſicis, tribus Pentateuchis Samaritanis : Lexicis item in omnibus hiſce Linguis vix numerandis ; Alcorano, Avicenna, Geographo Nubienſi, &c. ut & Græca LXX Interpretum verſione, amplè & dilucidè eruuntur, proponuntur, & explicantur.

Variorum inſuper Interpretum difficiles ac diſcrepantes ſententiæ, conferuntur & examinantur : quamplurima Errata in aliis Lexicis, necnon in ipſis Bibliis Polyglottis, etiam pravæ haud rarò Tranſlationes emendantur, & ad verum ſuum ſenſum reſtituuntur.

Cui acceſſit BREVIS, & HARMONICA

(quantum fieri potuit)

GRAMMATICÆ,

Omnium præcedentium Linguarum Delineatio.

Authore EDMUNDO CASTELLO, *S. T. D.*

Regiæ M. à Sacris : Linguæ Arabicæ apud Cantabrigienſes Profeſſore, poſt muneris illius ibidem à Nobiliſſimo, Honoratiſſimoq; Viro THOMA ADAMS *Equite & Baronetto, Urbis* Londinenſis *Aldermanno, Patréque ipſius meritiſſimo ſtabilitam Fundationem, primo :*

Necnon Eccleſiæ CHRISTI Cantuarienſis *Præbendario.*

LONDINI,


Imprimebat THOMAS ROYCROFT, LL. Orientalium Typographus Regius. CIↃ. DC. LXIX.

R/7.543

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

© Comunidad Autónoma de La Rioja

AUGUSTISSIMÆ MAJESTATI
CAROLI II.
Magnæ Britanniæ, Franciæ, & Hiberniæ Regis
Desideratissimi, Fidei Defensoris; &c.



Citum est illud antiquissimi inter Hebræos scriptoris כל מה שנזכר בתורה בנביאים ובכתובים רומזים אל החכמה *Omnia quæcunque in Lege, Prophetis, & Hagiographis extant memorata, sapiunt & respiciunt ad Sapientiam h.e. Messiam. Folia SS Scripturarum sunt fasciæ Christi, quibus placidissimè involvitur Unigenitus ille, & æternus Dei Patris filius. Has plurium (ni fallor) quam post homines natos unquam antea, Linguarum præcipuarum maximéque primitivarum ornatu variegatas, inque uno veluti fasce simul colligatas, ante undecim annos in Bibliis Polyglottis, orbi dedimus literato. En jam tandem, in* Heptaglotto *hoc* Lexico, *quod ad pedes T.M. quàm humillimè provolvo, sub Maximi Nominis T. auspiciis, non unam tantùm (qualis illa quæ Magis aliquando visa est) sed septem stellarum plaustrum (CAROLINI instar illius quod in cœlis) tum ab Oriente, tum à Meridie exortum, ad Lumen omnibus salutem atque Servatorem suum, illo in loco ubi solùm & semper conspiciendus jacet quærentibus, patefaciendum exhibemus. Utrumque hoc opus revera unum est, idémque. Quid enim aliud SS. Scripturæ sine Interprete, quàm conclusus hortus, & fons obsignatus? Neque cum varietate hac Linguarum, præ aliis harum, quæ primæ sunt ab Hebræa derivationis, & (ut loquuntur) extractionis, Interpres alius in hoc genere comparandus est ullus: Non Sti. Patres, quantumvis primitivi, hac dote destituti; non Scholastici, non Commentatores, antiqui vel moderni; non ipsa Ecclesia, nedum Philosophia, ut somniant quidam Neoterici.*

De Ave quadam, cujus nomen apud Syros historicos ʿĪṯā *apud Græcos & Latinos* Epimachus, *ferunt, harum in parentes senio confectos tantum esse amorem, ut eos benignè foveant, nutriantque, necnon cœcutientibus ipsorum oculis, ac tantum non cœcis, quibusdam applicationibus, visum denò restituant clarum; Idem officium præstant filiæ istæ sex primogenitæ, Chaldæa, Syra, Samaritana, Æthiopica, Arabica, Persica, in gratiam matris Hebrææ; cujus caligini in quamplurimis vocibus auxilio sunt, atque illustrationi, sæpè supra quod dici potest, singulari. Sub unaquaque ferè radice, hujusce rei veritas constabit luculenter.*

Nullus opinor Lexicographus (quod ingenuè fatendum) mediis ad certissimam Maternæ hujus Linguæ intelligentiam fruitus est magis abundanter, quàm nos, in longo hujus Operis decursu, qui Facem hîc tantum præferimus aliis, quâ ipsi Lumen multò splendidius, tum Arcanis Dei eloquiis, tum etiam universo Orbi aliquando tradituri sint Christiano.

Est maximo totius Africæ Imperatori Templum quoddam ቤተ: ክርስቲያን: *dictum, in quod nemini sine munere suo licet introire. Ego jam secundâ vice M.T. aulam ingressus sum cum munusculo meo, levidensi nimis, quia T.C. nihil à subdito offerri queat Magnum. Interim venia (uti spero) mihi dabitur usurpandi illud sacratissimi ac planè Regii Vatis,* Domino meo Regi victimas me neutiquam immolaturum gratuitas; *sed (si fas dicere) carè quidem emptas. Non enim qui plurima dedit, sed cui paucissima sunt relicta, qui* ὅλον τὸν βίον, *quicquid facultatum habet, in Dei, Principisve sui conjicit donaria, is demum à supremo Mundi judice laudatur maximè. Hoc puto innotescit omnibus, scilicet quibus ego notus sum, nihil esse quod mihi parentes reliquerunt, (Patrimonium aliquando satis commodum atque amplum) nihil quod in anteacto vitæ meæ tempore laboribus meis atque solicitis acquisiveram curis (accessio minimè contemnenda) quod non integrum in offertorium hoc jam olim impenderim.*

Annus jam agitur decimus septimus, ex quo relicto rure paterno, immanibus hisce atque tremendis ausis (talia fuerunt certè) non sine M.T. consensu, quum primùm specimen hujus Operis

sub

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

ſub ejus initium ob oculos fuit poſitum ; necnon literis inſuper quamplurimis, à viris magni nominis, quà in Eccleſia, quà in Rep. domi, forìſque ad me miſſis, (quarum magna pars, uti etiam Bibliothecæ meæ, cum multa ſupellectile & tricenis Lexici Heptaglotti exemplaribus, in flammis periit Londinenſibus) me ſubmiſi invitus admodum, animóque (quod teſtabitur ὁ Καρδιογνώστης) multùm horreſcente, quodq; ſatis ſuperque noverunt illi omnes ſummi viri, qui me promiſſis tum auxilii, tum etiam remunerationis ad iſthæc non pellexerunt tantum, ſed vi quadam urgenter impulerunt. Mihi verò, in Molendino hoc per tot annorum luſtra indeſinenter occupato, dies ille tanquã feſtus & otioſus viſus eſt, in quo tam Bibliis Polyglottis, quàm Lexicis hiſce provehendis, ſexdecim, aut octodecim horas dietim non inſudavi. Mitto privata quæ corpori in curriculo hujus Operis contigerunt mala, membrorum confractiones, luxationes, contuſiones ; quodque præ omnibus hiſce graviſſimè dolet, Oculorum lumen, perpetuis atque indefeſſis vigiliis tantùm non ademptum : item alia magis publica, Bellum nationale, Peſtem ſæviſſimam, & miſerandum Urbis hujus incendium; quibus omnibus diutiùs multò ut protractum fuit hoc antea languens negotium, ita ſupra modum ingraveſcebant ſimul onera mea & impenſæ. Dictum illud ſapientiſſimæ in ſuo tempore gentis, mihi hîc favet, חיזק שאינו ניכר אין שמיה חיזק Damnum illud nullum eſt, quod non agnoſcitur, vel ſentitur. *Sunt tamen præter hæc omnia, aliæ inſuper (nec paucæ nec parvæ) quibus gravatus fui infœlicitates, quas ſatius atque conſultius puto, ſilentio contegere, quam non ſine periculo in publicum proferre.*

Tandem verò, cùm ad Culmen jam perductus fuit miſeriarum mearum cumulus, duplicatis quaſi lateribus, Θεὸς ἀπὸ μηχανῆς *T.M. tempeſtivè mihi ſuccurrit, idque multis modis. Primò, Literis ad omnes Archiepiſcopos, Duces, Marchiones, Comites, Vice-comites, Epiſcopos, Barones, alióſque totius Regni Subditos, hujus Operis recommendatitiis. Quas inſecutæ ſunt aliæ à RR. DD. Archi-Epiſcopis, Reverendiſque admodum DD. Epiſcopis ſingulis ſubſignatæ. Item ante quinquennium aliæ, à Reverendiſſ. Honoratiſſimóque Præſule, Patrono meo valde benefico,* GILBERTO Archiepiſcopo Cantuarienſi, *totius* Angliæ *Primate, ad ſingulos ſuæ Provinciæ Epiſcopos conſcriptæ. Quas omnes prelo commiſi, quaſdam non ſemel, at ſucceſſu parum felici. Enimvero univerſæ hæ literæ, plus minus ſeptingentas libras tantùm mihi porrexerunt, ad promovendum Opus, in quo millenas multò plures infauſtus exhauſi; præter plurima atq; ingentia valde, quæ contraxi debita. Quid quod, prænominatæ collectæ ſummæ pars maxima, quadringentæ ſc. libræ, procuratione atque operâ ſolertiſſimâ prudentiſſimáque, Reverendi admodum in Deo Patris* SETHI *D. Epiſcopi* Sarisburienſis, *intra quatuordecim dies fuerunt conquiſitæ?*

Ante triennium, M.T. Sacellanus Ordinarius factus ſum, atque hoc pacto conceſſa ſunt mihi Privilegia quædam, quo huic Operi ſecuriùs incumberem. Ante annum, donavit me M. T. Canonicatu in Eccleſia Cathedrali CHRISTI Cantuarienſi ; *necnon nuperrimè Diſpenſatione pro abſentia mea ab eo loco, partim ob munus aliud (in quo laboris multum, emolumenti mihi adhuc vix quidquam) quod mihi demandatum eſt in Academia* Cantabrigienſi, *illinc longè diſſitâ ; partim ob Corpus tot, támque diris vexatum caſibus, ad itinera omninò nunc ineptum.*

Pro omnibus hiſce T.M. tot tantíſque beneficiis, atque præ omnibus, quòd ad hæc tam ardua, (modò me pereunte, ea Eccleſiæ CHRISTI *profuerint, & Reipublicæ Literariæ) juſſus fui, quod unicum, & quidem ſolum jam mihi reſtat, Deum O.M. veneror, ut M.T. concedat pacatum, ac indies magis magíſque florens Imperium domi, Victorias famigeratiſſimas foràs, Valetudinem ſupra terras, pluſquam pancraticam, atque ſerò tandem in Cœlis, Coronam ſempiternam : Ita vovet,*

Sereniſſimæ T. M. à Sacris,

EDMUNDUS CASTELLUS.

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

PRÆFATIO.

PRAVITATE atque malitia, ſimul ſemelque, vel una vice, infecta fuit univerſa humanæ naturæ maſſa, at paulatim vix tandem, aut ne vix, in triſti hoc mortalitatis ſtatu, unquam expurgatur. Ut Lux prima Creationis, reliquaque omnia Hexamerων opera, à טוב ad טוב מאד gradatim ſunt progreſſa. Nec aliter ſeculis hiſce ultimis, Orientalis, *h. e.* optimæ Scientiæ indies increſcens ſplendor. Jubilæus jam agitur quartus, ex quo primum Occidentalem, atque Boream lem hanc mundi partem illuſtrare cœpit, (pro more Magni Luminaris in ſuo orbe curſus naturalis) pariter Sol iſte lucidiſſimus. Anno 1500. *Hebraicæ* tantum linguæ, ope laudatiſſimi *Capnionis*, ejuſque ſequacium, exiguus emicuit radius; nec non *Chaldaicæ*, paulo poſt, ſtudiis indefeſſis doctiſſimi S. *Munſteri*. 2, Poſt Annum 1550. fauſtiſſimis *D. Widmanſtedii* in Orientem profectionibus atque curis, dialectus *Syriacæ* enituit exoptata cognitio: Sub idem tempus prodierunt Biblia *Complutenſia*, & Regia in tribus iſtis Linguis. 3, Poſt annum 1600 literæ *Arabicæ*, ſtudiis cumprimis *M. Bedwelli* noſtri, atque *Cl. T. Erpenii* læte ac fœliciter nobis affulſerunt. 4, Ab anno autem 1650. longe fulgentior exortus eſt aſteriſmus Lingg. *Æthiopicæ*, *Perſicæ*, *Malaicæ*, apud nos in *Anglia*, & apud *Belgas*, *Armenicæ*, *Anamaticæ*, *Copticæ*; *Turcicæque* nunc apud *Italos*, qui Lexicon nuper ediderunt *Italico-Turcicum*, nec non apud nos *Grammatica Latino Turcica*, ſtudio digniſs. viri *D. Seaman* confecta eſt, & propediem excuſura.

In ſeptem primis linguis impreſſa ſunt ante decennium *Biblia Polyglotta*. Labore autem noſtro haud levi in iis edendis, vixdum exantlato (ob quem, Honorarium illud quod in Præfatione *Waltoniana* dicor accepiſſe, in illud ipſum opus non refundebam tantum omne, ſed mille plus minus libras, ad promovendum illud, partim ab aliis ſolicitando procurabam, partim ipſe donabam ultro) cum ecce ad aliud novum difficilius longe, nec unquam antea à quopiam per omnia tentatum opus, impenſe vocor. Hoc autem ex quibus, quot, quantiſque authoribus ſatis diligenter perlectis contextum eſt, omnibus ut clarius conſtet, nomina eorum hic in limine ſubtexam.

Biblia noſtra *Polyglotta* ſexies evoluta, cum duobus aliis Exemplaribus *Syriacis*, totidem *Arabicis*, item *Pentateuchis Samaritanis*, collata.

Pentateuchus Mauritanus Arabice, & *N. Teſtamentum*, à *Cl. Erpenio* editum. Fragmentum *Pentateuchi Arabico-Samaritani*, & Commentarii *Arabici* in eundem MSS.

MS. *Arabicum* librorum *Hiſtoricorum*, *Joſ. Jud. Sam.* mihi à Doctiſs. viro *D. Buncle* benigne communicatum.

Paraphraſtes *Chaldæus* in *lib. Paraleipomenων*, quem ex autographo in Academia *Cantabrigienſi* accurate deſcripſit, & *Latinitate* donavit D. *Sa. Clericus* amicus meus ſingularis, & in *Bibliis Polygl.* συνεργὸς diligentiſſimus, Cujus etiam opera ac ſtudiis laudatiſſimis in parato eſt apud *Cxonienſes* ſeptimum *Bibliorum Polyglottων* Volumen, cum Verſionibus antiquiſſimis, nec adhuc unquam editis, non *Chaldaica* tantum hac, ſed *Syriacis* inſuper, *Æthiopicis*, *Copticis*, *Arabicis*, *Perſicis* contextum. *Pſalteria* quatuor *Arabica*, *Nebienſe*, *Romanum*, *Impreſs. Gallicanum* & *Mauritanum* MSS. *Pſalterium Æthiopicum* MS *D. Pocockii*: Item *Syriacum Neſtorienſe* & *Jacobiticum*. Verſio *Arabica* Prophetarum *MS.* olim *D Seldeni*, nunc in Bibliotheca *Oxonienſi*. Tres Liturgiæ *Samaritanæ*, & partim *Arabico-Samaritanæ*. Rituale *Jacobiticum*. Miſſale, atque Breviarium *Syriacum*. Officium Simplex *Maronitarum*, *Syr.* Miſſale *Æthiopicum Romæ* impreſſum.

Decem Liturgiæ *Æthiopicæ* MSS^æ. *ſc. S^i Johannis* Evangeliſtæ; *Nicenorum* patrum. *S^i Epiphanii*. *S^i Jacobi*. *S^i Chryſoſtomi*. *Anonymi*. *Sanctorum Apoſtolorum*. *S^i Cyrilli*. *S^i Gregorii*. *S^i Dioſcori*, quod ultimum ſub finem Lexici *Æthiop.* à Honorat. D. *J. Ludolfo* contexti una cum Grammatica *Æthiop.* & Confeſſione fidei *Æth.* a *CLAUDIO* Imperat. *Æthiopiæ* ſcripta, *An. Dom.* 1661. hic fuit Impreſſum. Encomium *Æthiop.* [1] *B. V. Mariæ*. [2] Patriarcharum. [3] Cœleſtium & Terreſtrium, ſive Menologium Poeticum. Horum omnium MSS. *Æthiop.* copiam mihi fecit Cl. D. *D. Pocockius* Lingg. *Hebr.* & *Arab.* in Academia *Oxon.* Profeſſor Regius eminentiſſimus. In hoc ultimo, Menologio, *ſc. Æthiop.* exactiſſime evolvendo, valde ſedulam navarit operam Cl. vir D. *Mich. Wanſleben*.

Liber magnus Homiliarum *Æthiop.* in folio. Liber precum *Æthiop.* Pſalterium *Æthiopicum MS.* quorum omnium uſum benevole mihi conceſſit vir ſummæ ac reconditæ eruditionis D. *Theodorus Petræus Danus*. מחזור *Germanicus* in folio, & *Portugallenſis* 8° in quatuor Voluminibus. Collectiones ex *Gregorio Syro*, Catena Patrum *Syr. &c.* mihi à Cl. Nobiliſs. atq; omnigenæ ſecretioris literaturæ callentiſſimo D. *D. Loftuſio* amice conceſſæ. Ut mittam quæ ex S^to *Ephrem*, & aliis ipſe collegi. *Hebræorum* quorum ſæpius occurrunt nomina. *Ra. Sa. Jarhi*. *Ab. Eſra*. *D. Kimhi*. *Rabboth*. *Abravanel*. מכלל יופי *Menahem*. *Tanchuma*. *Becai*. *M. Nachman*. *M. Alſhic*. *Iſ. Abuhaf*, *&c.* in Pentateuchum omnes, & in univerſum V. *Teſtamentum* quidam. *Juda Leo* in libros Hiſtoricos. *Ob Sfurno*. *R. Simeon*, aliis perperam *R. Samuel* in *Job*. *Ob. Gaon* in *Pſalmos*. *Mo. Elmoſin*. *Joſ. Taiſac* in *Megilloth*. Talmud *Babylon.* & *Hieroſolym*. *Moſ. Majmon*. לבוש ההכלה Alique non pauci.

Evangelia *Perſica Cl. Abr. Wheloci*, & Celeberr. D. D. *Pierſon* opera edita. Tractatus *Perſici* D. *Jo. Gravii*. Roſarium *Perſicum*. Hiſtoria *Chriſti*. & *Petri Perſice*, *Hiſtoria Judith*, aliaque plura MSS^æ. *Perſica*.

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

Quantum ad Lexica, hæc præcipue præ oculis continuo habuimus; *Hebraica D.Kimhi*(& quod Lexiti inſtar, *Nathanis* Concordantias.)*Avenaru,Forſteri,Pagnini*,D.*Pomarii,Buxtorfii,Schindleri*,quod fere integrum in hoc opus transfudimus;*Chaldaica* trium ultimorum,item *B.Aruc.Ph.Aquinatis. Eliæ Thiſb. Cohen de Lara. G.Fabritii*,S.*Munſteri, Plantavitii.* Emendationes,nec non Additiones quædam *M.Buxtorfii* ad ſuum Lexicon*Chald.*partim à Cl.D. *Derſhovio*,viro admodum tam ingenuo,quam docto;ſed maxima ex parte,à proprio D.*Buxtorfii* filio,atq;in Cathedra ſucceſſore longe meritiſſimo, & quidem ingentis ſpei viro, cujus vel nomen gentis ſuæ decus eſt, & honor. *Syriaca,Maſii,Ferrarii,Troſtii,Buxtorfiii,Th.*à *Novaria,&c. Samaritanum*,D.*Morini*.Dictionarum Trilingue,*Sam.ſc. Chal.*& *Arab.*Cl.D.Doctoris *Marſhalli*,viri reconditæ eruditionis peritiſſimi,mihiq; amiciſſimi, opera deſcripti,& ad me tranſmiſſi. *Æthiopicum,Wemmers*, & Nobiliſſimi, nec à me unquam ſine honoris præfatione nominandi, D. *Jobi Ludolfi. Arabica,Raphelingii, Giggei, Germani*,atque viri excellentiſſimi, omniſq;literaturæ tam Orientalis, quam Occidentalis peritiſſimi D.*Ja.Golii* Lingg. Oriental.tum & Matheſeos Profeſſoris ordinarii.

Lexica MSS^a quibus uſi ſumus in hoc opere.

Dictionarium *Syriacum Bar Bahluli*, ingens volumen in folio, in hoc opus tranſvectum, apud quem ſæpiſſime citantur ſequentes authores; quaſi *Syriace* extantes;*Bar Seruſhai,Zacharia,Raban,Almeruzai*,ut puto Lexicographi. *P. Ægineta, Dioſcorides, Galenus, Aetius, Bar Serapion*, Medici. *Ariſtotelis* Volumina ſeptem. *Beſunandus* Hiſtoricus nominatiſſimus. S. *Ephrem.* S.*Gregorius. Gr.Nyſſenus.* S.*Epiphanius* contra *Eunomium. Arius*,& *Apollinaris. Bar Malco*, forte *Aben Melec Hebræus. Meſues Arabs.*

Etiam hi quorum nomina nobis adhuc ſunt minus nota; *ſcil.* ܐܒܪܗܡ ܒܪ ܟܪܝܐ, ܫܡܥܘܢ ܒܪ ܩܠܝ, ܝܘܚܢܢ ܒܪ ܩܘܪܝܐ, ܝܘܚܢܢ ܒܪ ܙܘܥܒܝ, ܝܘܚܢܢ ܒܪ ܐܒܓܪ ܢܨܝܒܝܢܝ, ܝܘܚܢܢ ܒܪ ܐܒܓܪ ܡܝܕܝ, ܝܘܚܢܢ ܒܪ ܫܘܫܢ ܒܪ ܒܪ ܒܗܠܘܠ qui ultimus liber à *Bar Cepha*, ni fallor,ſcriptus fuit. Alios mitto infinitos; ut hinc intelligamus,*Syris* nullum omnino deeſſe ſcientiæ genus.

Taceo etiam ſcriptorum *Arabicorum* catalogum apud *Camuſium* longe numeroſiorem.

Lexicon *Æthiopicum* Cl. D. *Gallæi* Miniſtri *Zyricſenſis* mihi benigne tranſmiſſi. In *Æthiopicis* autem adjumento mihi fuit maximo vir Nobilis D.*Jobus Ludolfus* Principi *VINARIENSI* à Conciliis, hujus linguæ Magnus Apollo; de quo plura in Lexico,*pag.*853. à quo MS.Lexicon *Æthiopicum* una cum Grammatica, Confeſſione fidei *CLAUDII* Imperat.*Æthiopiæ,&c.*per manusCl.D.*M.Wanſlebii* accepi,quæ omnia(Curioſitatis monumenta non vulgaria)*A.D.*1661.prelo hic commiſi. Lexica *Arabica,Gieuhari,*&*Camuſii*;item D.*Lanceloti Brunii Avicenniſtæ* incomparabilis, atque viri ob præcellentiam in hiſce literis ſumme admirandi; D.*Bedwelli* ſeptem Volumina in folio, & duo in 4°. quæ ſummo cum favore virorum celeberrimorum,Nobilis *Jo. Seldeni*, Cl.D.D. *Merick* Collegii *Londin.* Medici celeberrimi, D. D. *Worthington*, Academiæ *Cantabrigienſis* tunc temporis procancellarii digniſſimi,& Cl. D. *M. Smith* procuratoris, mihi commodata fuerunt mutuo.

Lexicon *Perſicum*, cui nomen ﷲ نعمت, cum tribus MSS^is collatum; quorum unum vir Cl. D. *Tho. Gravius* pro ſumma ejus humanitate amicæ mihi communicavit, magna ex parte à D. *Seamanno* viro integerrimo, inque hac ac Lingua Turcica exercitatiſſimo, transfuſum fuit. At hic etiam à me ex multis authoribus addita ſunt non pauca. Hanc autem partem exornavit maxime, atque luculenter ampliavit Theſaurus *Perſicus* deſideratiſſimus Prof. Eminentiſſimi. D.D.*Golii*, Ἐκ μαγείτου.

Ex præcedentibus ſcriptoribus,atq; aliis quam plurimis nonnulla vocabulorum plauſtra,in omnibus ſex linguis, *Chald.Syr.Sam.Æth.Arab.&Perſica*,ſimul hic comportata,inq; ſuas ſeries ordine habemus digeſta,quæ in aliis Lexicis,qua Impreſſis,qua MSS^is fruſtra quæſiverit quiſpiam. Et ni fallor,non multa ſunt ſcripturæ loca,apud Criticos veteres,aut modernos,quibus ab Orientalibus linguis lux aliqua oboriatur,quæ hic conſtanter non reperiet lector.

Dictiones etiam *Hebræas* centenas puto aliquot,ſecundum proprietatem hujus,aut vicinæ alicujus linguæ,non ſine Ratione optima,Contextus analogia maxime appoſita, conſentientibus fere ſemper primis atq; antiquiſſimis SS. Scripturæ interpretibus, multo aliter transfuſas, quam ſaltem Modernorum quivis (de Tranſlatoribus loquor publicis) adhuc expoſuerit.

Hoc enim minime celandum judico, à paucis adhuc animadverſum, quo melius intelligant atque clarius,poſteritati quantum obſit aliorum pertinax imitatio; *R. Davidem* in *Hebraicis*, & *B.Aruc* in *Chaldaicis* (magni nominis ſcriptores) non ut nudos homines, ſed plane θεοπνεύστους per omnia ſequuntur non Judæi tantum,ſed Chriſtiani fere univerſi: Cum tamen ambo ingenue ſatis atq; aperte in multis, nec raro, ſuam fatentur ignorantiam; proinde ab utriſque (poſt conſiderationem mature deliberatam, & argumenta tam artificialia, quam inartificialia diutius librata) haud meticuloſi ſæpe diſcedimus.

Primus ante,& ferme ſolus inter recentiores omnes *M.Buxtorfius*,vir naris emunctioris,ſpiritu ſagaciſſimo præ aliis imbutus, malum in utroque reprobavit, & utplurimum retinuit quod bonum fuit, ac merito eligendum. In *Syriacis* à præclariſſimo *Ferrario* quoties ceſpitatum eſt,nonnunquam à doctiſſimo *Morino* in *Samaritics*,à Copioſiſſimo,& ob magnam induſtriam merito celebrando *D.Giggæo* in *Arabicis* ſæpiſſime: idem triſte mortalitatis privilegium, & nos proculdubio,nec infrequenter manet. Interim eorum ſphalmata candide,atque crebrius ſi-

ne

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

ne nomine (hoc ideo ab aliis viciſſim in noſtri gratiam pariter expectantes atque expoſcentes) emendavimus, nec non eorum expoſitiones multum ſuſpectas licet (donec quid certius conſtiterit) dubii, nec non aliquando parum dubii, in Legentium exercitium annexuimus; ejuſmodi conjecturarum cumulum, in aliud tempus, apud nos indies congerentes.

Arcanas atq; SS^as Literas, Talmud,& Alcoranus,tres Canones (ut ita dicam) Oecumenici, quibus hodie regitur, ac dirigitur univerſum pene genus humanum,allegavimus quam creberrime, & quantum potuimus accurate; Unde cuivis conſtare poteſt, quæ Chriſtianorum, Judæorum, Mohammedanorum ſententia atque fides, non è vagis neſcio quibus lacunis, ſed genuinis maximeq; authenticis ipſorum fontibus ab omnibus agnitis, depromta; Quæ nempe de Deo, Meſſia, *D. Ieſu*, Spiritu S°. Hominis lapſu, renovatione, reſurrectione, *&c.* credunt. Atq; hinc etiam exoriuntur haud raro argumenta neutiquam contemnenda (adverſariorum enim teſtimonium magni ſemper æſtimant Rationis magiſtri) ad fidem noſtram corroborandum. *Vide* שלוש, משיח, יהוה, הוא &c.

Mortalibus quippe mos iſte inolevit (heu nimis inveteratus) antagoniſtis ſuis falſa audacter affingendi; hoc nos Judæis facimus, atque Mohammedanis; atq; idem nobis illi; Conceſſis ab utraque parte refragari nefas: Nec Doctrinalia tantum, ſed Ritualia, Juridica, Medicinalia, atq; nonnunquam Proverbia notavimus, (loca ſaltem in quibus occurrunt) tam in illis tribus, quam in aliis libris impreſſis, atq; ipſa verba, in MSS^is præſertim *Syriacis*, *Samarit.Æthiop.*& *Perſicis*, in quibus parum adhuc laborarunt prela. *e. g. Samaritanorum* dogmata de [1] Dei vita abſoluta. [2] Perfectione, [3] Incomprehenſibilitate, [4] Providentia, [5] Conſtantia, [6] Miſericordia univerſali, [7] de S^a Scriptura, [8] Traditionibus, [9] Bonis operibus, [10] Sabbatho, [11] Hebræis, [12] Sacerdotum lapſorum reſtitutione, & ob quod in omni ſeculo male audierunt, ſed injuria, [13] de Imaginibus, *Vide*, 1 תשעטרף in קוים & טעפע in ענר 2 עמ 3 פחמ 4 אלפף 5 פאש 6 פקף & חמף 7 אנאבא in כחב 8 עבף 9 עבף 10 אבא & מבפ 11 פבפ 12 פאחמ 13 עמ Mitto plura alia, quæ ſparſim reperientur.

Idem in cæteris Linguis præſtitum,ut non Lexici tantum munus obit, ſed Indicis materiarum, peculiariter Biblicarum, in quo loca Scripturæ tam difficilia, quam male atque abſurde transfuſa (quorum numerus eſt non exiguus in *Bibliis Polyglottis*, reliquiſq; omnibus) vel enodantur, vel emendantur; imo tantum non Concordantiarum inſtar eſt, quantum ad voces minus uſitatas.

Verſionum etiam optimarum errores omnes enumerare,non patitur præfationis ratio; eorum ſpecimina quædam, in certas claſſes digeſta,additis tantum duobus,tribus,aut pluribus exemplis, exhibuimus in *Oratione* noſtra, in Scholis Theologicis apud *Cantabrigienſes* habita, ad primam muneris *Arabici* ſuſceptionem; *A. D.* 1667 edita.

Quibus addi poſſunt vocabula *Hebræa ἅπαξ λεγομενα* fere omnia; quæ ex priſcorum ſcriptis,& proprio Linguarum genio,ſuccenturiante utriſq;ipſa contextus ſerie, non parum conſequuntur luminis certioris,quam antea ex modernis quibuſlibet illis attributum fuit. Quibus otium eſt,alias inter innumeras voces,conſulant has ſequentes; אהליב & ⸗וס in Append. אחים. אנוו. התאבך. אבח. אביב. רנן. אלגביש. מנשת. גלש. גרד in נר. ברקת. ברומים. בכא. תאשור. אלמגים. יה. חפרפרות. חשש. חרגל. חציר. חלילי. ורב. הרר. הוא. נדרש. נרגל. רבב. In Append. יום. יעה. ישח. הכפיש כפים. כסוחה. כרוב. ברכר. כרסם. סלעם. סחרחר. סחרת. סוחף. נתע. נעצוץ. מנעל. נכאת. נגבה. נבובה. נוע נול. משיח. נמרץ. מכרות. מוג. הלעיט ליקהה. להלה. נחש. כרפס. קשות קרי. מקשה קנץ. קרבן. קטורות. קסת. קרר in קרקר צפה. צבוע. צדי. פתבג. פרס. פלח. נעתם. ערער. עצם. עפאים. עלס. עור. סחר. נסחף. החו. שרף. משרה. שקע. שפי. אשפר. שמן שדה. שבל. שבר. רשף. רקע. רקה. רצה. ריק. רוה. הרעל. רגב. in רום. ראמות. ראם. Æth. Φσφ: תורק. חפתיא. מחעתע. תלפיות. תוללים. תחש. Mitto dictiones omnes *Syriacas*, *Samaritanas*, *Æthiopicas*, *Arabicas*, *Perſicas*, quæ mirifice illuſtrant textum ſacrum,& generatim cunctæ ſibimetipſis mutuo ingens impartiuntur lumen.

Et quidem pace doctiorum, hoc mihi videtur extra dubium; Neminem eſſe qui harum Linguarum, vel unam aſſequi queat perfecte & accurate, qui non intelligat omnes. Ut alios taceam authores; in Talmude *Babylonico* (cui vulgo nomen à confuſa Linguarum ibidem loci multitudine, quarum vix ulla eſt, in Oriente ſaltem, quæ ſuum huic Operi non contribuerit ſymbolum) ejuſmodi voces haut raro occurrunt, quas fruſtra tentaverit quiſpiam explicare, qui in harum aliqua manet inexpertus. In quibus Voluminibus (niſi à bardis) minime ſpernendis, obſervatu hoc reor non indignum: Loca in Novo Teſtamento ex Veteri allata, nonnunquam cum textu *Hebraico*, ſæpius autem conveniunt cum LXX. In hac diſcrepantia, veterum Rabbinorum nonnulli, nec non Talmudici (ab altiori Spiritu proculdubio ad id inducti) ita legunt, citanque illa, prout occurrunt in Novo Inſtrumento, & apud LXX. *vide* ממה in נמה, נשק, *&c.*

Socios quidem habui in hoc Opere, ſed perexiguo tempore mecum in illo commorantes, neſcio an dicam, immenſitate laboris plane exterritos. Quos diutius retinui,hi fuerunt; *D. M. Murray Grypſwaldenſis*, vir non minus doctus, quam admodum ingenuus, cui per ſeptennii fere ſpatium *Arabicas* meas concredideram collectiones; *D. Gul. Beveridgius*, vir in ſecretioribus hiſce literis egregie verſatus, per dimidium illius temporis, curabat *Syriacas*: prout in *Æthiopicis* per idem tempus operam impendebat ſuam *D. M. Wanſlebius*, qui ad perpoliendum ejus in iiſdem ingenium, in varias Orientis oras longa atque periculoſa ſuſcepit itinera. Per plures annos, jam ætate provectus, & una cum patrimonio ſatis competenti, exhauſtis etiam animi viribus, oculis caligantibus, corporis variis in hoc Opere confractis, & diſlocatis membris, relictus ſum ſolus, ſine amanuenſi, aut vel Correctore ullo, venia ideo apud candidos lectores (uti ſpero) ob *παραράματα* ſiquæ occurrerint, aliquanto dignior.

Quantum ad inveſtigandum thema aliquod, ſive vocabulum in hoc Opere, quædam ſunt hic notanda. Primo,

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

mo, Literæ heemanticæ ſunt quam ſæpiſſime detrahendæ. א ut,אבעבעות ſ. ועפץ בעה ſ. נפן etiam in medio, ut צור ſ. צואר ב ut בנל.בנלל ſ. בכן גלל ſ. כון quin & ſæpe aliter, Particulæ præſertim, ſub primis initialibus literis,quæ cum illis junguntur, ut ד ſ. ולמא ה ut אח ſ. הלא & לא ן ut חדה ולת ſ. חדוה ולת ו ut הלם ſ. יהלום כ ut כה ſ. נכרי ל ut בואׄ ſ. מבוא מ ut בדד ſ. לבד ab *Arab.* حرب ſ. خرنبلة : حقق ſ. خرنبق נ Sic alii, nos fere ſecuti ſumus ordinem Alphabeticum. של ut שלמה ſ. מה ס ut חבל ſ. בלל. חבנית ſ. בנה. תהלה ſ. תלונה הלל ſ. לון. תמס ſ. מסס. נוא ſ. תנואה ע ut אחר ſ. אחד. נשים ſ. אנש & אתה ſ. התיו & סבלת ſ. יאכל ſ. אכל. Quædam ſunt Literæ etiam addendæ. א ut מנה ſ. מן ה ut ומם ולל ſ. ופה ולות &c. ſic חנג ſ. חג. חרד ſ. חר. ב ut סבב ſ. סבב & ſimiliter in omnibus Defectivis ſecunda, ut ו ut ווד ſ. וד & ſic in omnibus Quieſcentibus ſecunda, ה ut קוה ſ. קו ה ut עלה ſ. מעל ו ut כל ſ. יכל. יעו ſ. ועה. יחם ſ. חמה. צא. יער ſ. ערה. צואה ſ. יצא & it. in medio, ריח ſ. רוח. מיץ ſ. מצ סוך ſ. מועף עוף ſ. מיעקה עוק ſ. מעקה ſæpe per Dages compenſatur, ם ut משפה ſ. שפם יצר, יצע ſ. מַצָּע sic in omnibus à Defectivis ſecunda, נ ut הכרה. שנה ſ. שְׁתַּיִם נשנ נשא ſ. שיג. שיא. נצל. נכר ſ. הַצָּלַח in medio ob Dages, ut

Et quædam denique mutandæ, א ut נאר ſ. נור. נכה ſ. נכאים. וה ſ. ואת רוש ſ. ראש ה ut מחלה ſ. חלא ו ut חושיה ſ. נועו. ישה ſ. יעו. ינה ſ. תונה. יהה ſ. תורה. חלה ſ. & hoc communiter in *Syriacis*, & *Arabicis*. ל ut שייל ſ. שאל. ריב. חיל. חול. רובׄ ſ. הידה. ת ut פאתא ſ. פאה עסם ſ. עיסה. ציה ſ. צי. עיה ſ. עי. נקה ſ. נקי. נהה ſ. ני. רוה ſ. רי. בוה ſ. כי. חוץ ſ. חיצון. עור ſ. עיר. עוף ſ. עיף. חוד. & sic in omnibus ab *Elif*, ubi *Damma* ſuccedit loco *Elif*. ارس ſ. مونس. Finita in יון־יום יון־ין *vide* in Quieſcent. tertia, פריום. סריון. קנין ענין. שקוי. שכוי. קנה. ענה. סרה פרה ſ. שקה. שכה. Voces in quibus אוי quærendæ inter literas magis radicales, ut טנם ſ. טאנים חלן ſ. هلغون Sæpe etiam ſub primis literis initialibus جوز ſ. جوزهر איל ſ. איד ſ. & sic ſ. ſ. ſ. ſ. ſ. aliaque Geminant. ſecundam, ut, עור ſ. ערער. עוף ſ. עפעף alias autem inter Verba perfecta, ut ום ſ. רום & ſ. צלל ſ. צלצל Compoſitæ voces, ſæpe occurrunt ſub poſteriori earum parte,ut בנ ſ. עבטיט. פתבנ & טיט interdum etiam ſub Perfectis, ut צלם ſ. צלמות Parentheſi includuntur fere,quæ *Giggeius*, vel plura, vel diverſa habet à *Golio*.

Conjugationes *Æthiopicæ* non uno modo citantur; in Lexico,ſecundum ordinem *Arabicarum*; in Grammatica autem,juxta methodum *Ludolfianam*, qua aptior nulla eſt, nec adeo accurata.

Coronidis loco,agnoſcenda hic, atq; publicanda merito Illuſtriſſimorum virorum(in tanto,tamq;longo plurimorum annorum decurſu,non multorum quidem)beneficentia,qui Opus hoc neglectum,& caſibus non paucis diris ac duriſſimis langueſcens nimis,donariis ſuis amplis, atque munificentia perbenigne excitarunt,ac promoverunt.

Horum ſequuntur Nomina.

Auguſtiſſimus D. *CAROLUS* II. *Angliæ, Scotiæ, Franciæ, & Hiberniæ* Rex, &c.

Honoratiſſimus D. *Johannes* Comes de *Bridgwater*, Vicecomes *Brackley*, Baro *Elſemere*, Regiæ Ma^ti. à ſecretioribus Conſiliis.

Honoratiſsimus D. *Georgius Villars* Vicecomes *Grandiſon*.

D. *Edmundus Forteſcue* Eques & Baronettus.

D. *Nortonus Knatchbull* Eques & Baronettus

D. *Thomas Rich* Eques & Baronettus.

D. *Thomas Wendy* Eques, & Ordinis Balneati miles.

D. *Franciſ. Theobald* Armiger, harum etiam Lingg. callentiſs.

Reverendiſs. D. *Gilb. Cant.* totius *Angliæ* Primas, & Metropol. ac Regiæ Ma^ti. à ſecretioribus Conſiliis.

Plurimum Reverend. *Joh. Dunelm.*

Plurimum Reverend. *Matth. Elienſ.*

Plurimum Reverend. *Rob. Lincoln.*

Plurimum Reverend. *Georg. Winton.*

Plurimum Reverend. *Hen. Ciceſt.*

Plurimum Reverend. *Edw. Norvic.*

Plurimum Reverend. *Will. Bath. & Well.*

Plurimum Reverend. *Seth. Sarum.*

Eſt adhuc Honoratiſsimus unus, vel alter alius,quos intra velum latere jubet Prudentia,& rerum Ratio. Optimus,Maximuſque omnium bonorum Remunerator, Honoratiſsimis hiſce, atque vere Generoſis viris, eorumque poſteris in ſempiternum retribuat quæcunque in Theſaurum hunc Verborum, ipſi Revera effuderunt, animitus oro,& obteſtor.

Abbreviaturæ,quæ in hoc Opere occurrunt explicantur,

Acc. Accuſativus caſus.
Act. Activum, ſ. *Verbale nomen.*
Adverb. Adverbium.
Ag. Agens, ſ. *Participium activum.*
Af. Affixum.
al. aliis.
An. Æth. Animadverſiones Æthiopicæ,
An. Sam. Animadverſiones Samaritanæ, utræq; in ſexto Bibliorum Tomo.
ap. apud.
Aq. Ph. Aquinas Lexicographus. Chald.
BB. Bar. Bahlul.
Bc. D. Buncle, qui perhumaniter mutuo mihi commodabat. MS. Judicum, Sam. &c.
Bd. Cl. Bedwellus.
Bx. D. Buxtorfius.
c cum cca conſtruitur cum Accuſativo.
ccg. conſtruitur cum Genitivo.
ccga conſtruitur cum gemino Accuſativo.
cap. cum Accuſ. perſonæ car. cum Accuſ. rei.
CL. Cohen de Lara.
Col. Collectivum.
Comp. Comparativum.
Cn. Conſtructum.
conv. convenit.
DD. D. Derſhovius.
DP. David de Pomis.
Def. Defectivum.
Denom. Denominativum.
Der. Derivativum.
Dim. Diminutivum.
Dipt. Diptoton.
Emp. Emphatica.
&ſ & ſimilia.
ex. al. exemplar aliud.
F. Ferrarii Lex Syriacum.
f. fœmininum. fi fine. fo. fortè. fr. forma.
Fut. A, I. O. Futurum in Fatha, Keſra, Damma
G. D Golius.
GF. Guido Fabricius.
Gg. Giggeius.
Gent. Gentile nomen.
Gl. Gloſſa.
H. Hebræus. h.e. hoc eſt
IL. D. Jobus Ludolfus.
Imperſ. Impersonaliter. in. initium.
Intranſ. Intranſitivum
m. maſculinum.
Maſ. Maſius.
MP. Maſii peculium.
Maſd. Maſdid, ſ. *Arab. Infinitivus modus.*
med. Phat. Keſr. Dam. h. e. mediâ radicali in Præterito, habente vocalem Phatha, Keſra, Damma
Met. Metaphoricè.
No. Nomen.
No. Un Nomen Unitatis.
Opp. Opponitur.
Part. Participium.
PB. Participium Beneni.
PP. Participium Præteritum.
Paſſ. Paſſivum.
pec. peculiariter.
Perſ. Perſicè.
Pl. Plurale.
Pl pauc. Plurale paucitatis.
Pl. mult. Plurale multitudinis.
Plp. Plurale Pluralis.
Pl. ſan Plurale ſanum
Poſſ Poſſeſſivum.
præc. præcedens.
prop. propriè.
prox. ſeq. proximè ſequens.
pt. poteſt.
Prov. Proverbium.
q. quia. q.d. quaſi dicas
qſ. quaſi. Rn. Reſpondet
s. ſub. ſ. ſive. ſc. ſcilicet
ſeq. ſequens.
ſign. ſignificatione.
Sing. Singulare.
Superl. Superlativus.
T. Talmud.
TH. Talmud Hieroſolymitanum.
Tranſ Tranſitivum.
Tranſl. Tranſlatio.
v. vide. v. verſus.
V. Lec. Variæ Lectiones, in ſexto Bibliorum Tomo.
VL. Vulgata Latina.

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

Harmonia brevis & perpetua sex Linguarum Orientalium, HEBRAICÆ, CHALDAICÆ SYRIACÆ, SAMARITANÆ, ÆTHIOPICÆ, ARABICÆ,

Cui annectuntur Linguæ PERSICÆ Rudimenta, quæ aliqua ex parte etiam præcedentibus illis est conformis.

Alphabet. Hebraicum & Chaldaicum.			Samaritanum.	Literæ Rabinicæ.		
Num.	Nom.	Fig.	in MS.	Ital. Germ.		Potestas.
1	Aleph	א	א	ה	א	*Aspiratio levis.*
2	Beth	ב	ב	ב	ב	Bh
3	Gimel	ג	ג	ג	ג	Gh
4	Daleth	ד	ד	ד	ד	Dh
5	He	ה	ה	ה	ה	*Spiritus asper.*
6	Vau	ו	ו	ו	ו	V *consonans.*
7	Zain	ז	ז	ז	ז	Z *vel* S *inter duos voca.*
8	Cheh	ח	ח	ח	ח	*Spiritus asperior.* (*les.*
9	Teth	ט	ט	ט	ט	*Gr* θ Th
10	Jod	י	י	י	י	I *consona*; *al.* Y.
20	Caph	כ	כ	כ	כ	*Gr.* χ *al.* K.
30	Lamed	ל	ל	ל	ל	L
40	Mem	מ	מ	מ	מ	M
50	Nun	נ	נ	נ	נ	N
60	Samec	ס	ס	ס	ס	*Gr.* ξ *Hisp.* X *Ger.* Sch.
70	Ain	ע	ע	ע	ע	*Spiritus asperrim. LXX.*
80	Pe	פ	פ	פ	פ	Ph *vel* F.
90	Tsade	צ	צ	צ	צ	Ts *vel* Sſ.
100	Koph	ק	ק	ק	ק	K *vel* Q.
200	Resch	ר	ר	ר	ר	R.
300	Schin	ש	ש	ש	ש	S *acutum, ut in Lat. Sex.*
	Sin	ש	ש	ש	ש	
400	Tau	ת	ת	ת	ת	*Gr.* τ *LXX. per* τ & θ *efferunt.*

nunc per γ, *nunc per* γσ, *exprimunt, ut* Ἀσγαὶ, Gen 13. 3.

Literæ finales.
500 ך, 600 ם, 700 ן, 800 ף, 900 ץ.

Numerus מ 10. א 11. ב 15. ג 20. ל 30, *etc. ut Heb.*

Item חך 500, חר 600, חש 700, חת 800, תחק 900, גא 1000, בא 2000, נא 3000, *item* נאא בא id. נחק 3500.

De ratione numerandi vide plura apud *Balmes Gram. Heb.* & *Jos. Accuratens. Gram. Syr.*

Literæ Rabinicæ finales.

Ital. כך מם ן ף ץ

Germ. כך מס ן ף צ

Specimina hujus characteris v apud *Cl. Buxtorf. Gram. Heb. Maj. p. 659.*

Alphabetum Syriacum.

Nomen.	Figura. Fine.	Med	Init.	Literæ Syriacæ. Duplices.	Nestorianæ.	Estrangelæ.
Olaph	ܐ ܐ	ܐ ܐ	ܐ	ܐ	ܐ	ܐ
Beth	ܒ ܒ	ܒ	ܒ	ܒ	ܒ	ܒ
Gomal	ܓ ܓ	ܓ	ܓ	ܓ	ܓ	ܓ
Dolath	ܕ ܕ	ܕ	ܕ	ܕ	ܕ	ܕ
He	ܗ ܗ	ܗ	ܗ	ܗ	ܗ	ܗ
Waw	ܘ ܘ	ܘ	ܘ	ܘ	ܘ	ܘ
Zain	ܙ	ܙ	ܙ	ܙ	ܙ	ܙ
Hheth	ܚ ܚ	ܚ	ܚ	ܚ	ܚ	ܚ
Teth	ܛ ܛ	ܛ	ܛ	ܛ	ܛ	ܛ
Judh	ܝ ܝ	ܝ	ܝ	ܝ	ܝ	ܝ
Coph	ܟ ܟ	ܟ	ܟ	ܟ	ܟ	ܟ
Lomad	ܠ ܠ	ܠ	ܠ	ܠ	ܠ	ܠ
Mim	ܡ ܡ	ܡ	ܡ	ܡ	ܡ	ܡ
Nun	ܢ	ܢ	ܢ	ܢ	ܢ	ܢ
Semchath	ܣ ܣ	ܣ	ܣ	ܣ	ܣ	ܣ
Ee	ܥ ܥ	ܥ	ܥ	ܥ	ܥ	ܥ
Pe	ܦ ܦ	ܦ	ܦ	ܦ	ܦ	ܦ
Sfode	ܨ ܨ	ܨ	ܨ	ܨ	ܨ	ܨ
Cquoph	ܩ ܩ	ܩ	ܩ	ܩ	ܩ	ܩ
Rifch	ܪ ܪ	ܪ	ܪ	ܪ	ܪ	ܪ
Schin	ܫ ܫ	ܫ	ܫ	ܫ	ܫ	ܫ
Tau	ܬ ܬ	ܬ	ܬ	ܬ	ܬ	ܬ

Potestas eadem quæ præcedentibus. Numerus ـَ & ـَܐ 10, ـِ & ـِܐ 11, ـُ & ـُܐ 15, ـَܒ & ـَܒ 20, ـِܓ & ـِܓ 30, ـُܕ & ـُܕ 40, ـَܗ & ـَܗ 50, ـَܙ 100, ـَܚ 200, ـِܛ 300, ـُܝ 400, ـَܟ 500, &c. Interdum more Hebr. ـَ 100, ـَ 200, ـَ 300, ـَ 400, &c. ـ 1000, ـ 2000, ـ 3000, &c. ـ & ـ 10000, ـ & ـ 20000, ـ & ـ 30000, &c. Estrangeli hoc faciunt; cum linea supernè & infernè, *ut Æth.* Quænam potestas, *s.* vera literarum pronunciatio, v. *Balones Gr. Hebr.* 19, 25, 39.

Alphabetum Æthiopicum.

Nomen.	Figura, & potestas. a breve.	u	i	a long.	e	y	o	Numerus. *ut Heb.*
	ha	hu	hi	ha	he	hy	ho	
Hoi	ሀ	ሁ	ሂ	ሃ	ሄ	ህ	ሆ	ה 1 א
	la	lu	li	la	le	ly	lo	
Law	ለ	ሉ	ሊ	ላ	ሌ	ል	ሎ	ל 2 ב
	ha	hu	hi	ha	he	hy	ho	
Haut	ሐ	ሑ	ሒ	ሓ	ሔ	ሕ	ሖ	ח 3 ג
	ma	mu	mi	ma	me	my	mo	
Mai	መ	ሙ	ሚ	ማ	ሜ	ም	ሞ	ם 4 ד
	sa	su	si	sa	se	sy	so	
Saut	ሠ	ሡ	ሢ	ሣ	ሤ	ሥ	ሦ	ס 5 ה
	ra	ru	ri	ra	re	ry	ro	
Ryys	ረ	ሩ	ሪ	ራ	ሬ	ር	ሮ	ר 6 ז
	sa	su	si	sa	se	sy	so	
Saat	ሰ	ሱ	ሲ	ሳ	ሴ	ስ	ሶ	ש 7 ח
	ka	ku	ki	ka	ke	ky	ko	
Kaf	ቀ	ቁ	ቂ	ቃ	ቄ	ቅ	ቆ	ק 8 ט
	ba	bu	bi	ba	be	by	bo	
Bet	በ	ቡ	ቢ	ባ	ቤ	ብ	ቦ	ב 9 י
	ta	tu	ti	ta	te	ty	to	
Tawi	ተ	ቱ	ቲ	ታ	ቴ	ት	ቶ	ת 10 כ
	ha	hu	hi	ha	he	hy	ho	
Hharm	ኀ	ኁ	ኂ	ኃ	ኄ	ኅ	ኆ	ת 20 ך
	na	nu	ni	na	ne	ny	no	
Nahas	ነ	ኑ	ኒ	ና	ኔ	ን	ኖ	נ 30 ן
	a	u	i	a	e	y	o	
Alph	አ	ኡ	ኢ	ኣ	ኤ	እ	ኦ	א 40 ף
	ka	ku	ki	ka	ke	ky	ko	
Caf	ከ	ኩ	ኪ	ካ	ኬ	ክ	ኮ	כ 50 ץ
	wa	wu	wi	wa	we	wy	wo	
Waw	ወ	ዉ	ዊ	ዋ	ዌ	ው	ዎ	ו 60 ק
	a	u	i	a	e	y	o	
Ain	ዐ	ዑ	ዒ	ዓ	ዔ	ዕ	ዖ	ע 70 ר
	za	zu	zi	za	ze	zy	zo	
Zai	ዘ	ዙ	ዚ	ዛ	ዜ	ዝ	ዞ	ז 80 ש
	ja	ju	ji	ja	je	jy	jo	
Yamam	የ	ዩ	ዪ	ያ	ዬ	ይ	ዮ	י 90 ת
	da	du	di	da	de	dy	do	
Dent	ደ	ዱ	ዲ	ዳ	ዴ	ድ	ዶ	ד 100 ץ
	ga	gu	gi	ga	ge	gy	go	
Geml	ገ	ጉ	ጊ	ጋ	ጌ	ግ	ጎ	ג 200 ק
	tha	thu	thi	tha	the	thy	tho	
Tait	ጠ	ጡ	ጢ	ጣ	ጤ	ጥ	ጦ	ט 300 ר
	pa	pu	pi	pa	pe	py	po	
Pait	ጰ	ጱ	ጲ	ጳ	ጴ	ጵ	ጶ	פ 400 ש
	za	zu	zi	za	ze	zy	zo	
Zadai	ጸ	ጹ	ጺ	ጻ	ጼ	ጽ	ጾ	צ 500 ת
	zza	zzu	zzi	zza	zze	zzy	zzo	
Zappa	ፀ	ፁ	ፂ	ፃ	ፄ	ፅ	ፆ	ץ 600
	fa	fu	fi	fa	fe	fy	fo	
Af	ፈ	ፉ	ፊ	ፋ	ፌ	ፍ	ፎ	ף 700
	pa	pu	pi	pa	pe	py	po	
Psa	ፐ	ፑ	ፒ	ፓ	ፔ	ፕ	ፖ	פ 800

Aliæ syllabæ, non Diphthongi, quia ex sententia doctiss nullas habent. Hæ semper in analogas variantur ሰሐሸ: f. *Pl. Præt.* ሰሐኳ:

kua	kuy	kui	kua	kue		
ሠ	ሡ	ሢ	ኳ	ኳ	900	ץ ש
kua	kuy	kui	kua	kue		
ቀ	ቁ	ቂ	ቋ	ቋ	1000	ק
gua	guy	gui	gua	gue		
ጐ	ጒ	ጒ	ጓ	ጓ	2000	ת ק
hhua	hhuy	hhui	hhua	hhue		
ኈ	ኈ	ኈ	ኋ	ኋ	3000	ש ק

Literæ Amharicæ.

ሀ	ሁ	ሂ	ሃ	ሄ	ህ	ሆ
ለ	ሉ	ሊ	ላ	ሌ	ል	ሎ
ሐ	ሑ	ሒ	ሓ	ሔ	ሕ	ሖ
መ	ሙ	ሚ	ማ	ሜ	ም	ሞ
ሠ	ሡ	ሢ	ሣ	ሤ	ሥ	ሦ
ረ	ሩ	ሪ	ራ	ሬ	ር	ሮ
ሰ	ሱ	ሲ	ሳ	ሴ	ስ	ሶ
ቀ	ቁ	ቂ	ቃ	ቄ	ቅ	ቆ
በ	ቡ	ቢ	ባ	ቤ	ብ	ቦ
ተ	ቱ	ቲ	ታ	ቴ	ት	ቶ
ኀ	ኁ	ኂ	ኃ	ኄ	ኅ	ኆ
ነ	ኑ	ኒ	ና	ኔ	ን	ኖ
አ	ኡ	ኢ	ኣ	ኤ	እ	ኦ
ከ	ኩ	ኪ	ካ	ኬ	ክ	ኮ
ወ	ዉ	ዊ	ዋ	ዌ	ው	ዎ
ዐ	ዑ	ዒ	ዓ	ዔ	ዕ	ዖ
ዘ	ዙ	ዚ	ዛ	ዜ	ዝ	ዞ
የ	ዩ	ዪ	ያ	ዬ	ይ	ዮ
ደ	ዱ	ዲ	ዳ	ዴ	ድ	ዶ
ገ	ጉ	ጊ	ጋ	ጌ	ግ	ጎ
ጠ	ጡ	ጢ	ጣ	ጤ	ጥ	ጦ
ጰ	ጱ	ጲ	ጳ	ጴ	ጵ	ጶ
ጸ	ጹ	ጺ	ጻ	ጼ	ጽ	ጾ
ፀ	ፁ	ፂ	ፃ	ፄ	ፅ	ፆ
ፈ	ፉ	ፊ	ፋ	ፌ	ፍ	ፎ
ፐ	ፑ	ፒ	ፓ	ፔ	ፕ	ፖ

v. Cl. D. D. Jobi Ludolphi Gr. Æthiop. 30.

Omnes hæ literæ (utpote Australes) more Septentrionalium, leguntur à siniſtra dextram versus: Reliquæ sex Orientales contrà, Orientis instar Solis, ab ortu moventur in occasum, à dextra in siniſtram. Armeni, Iberi, &c. qui cum Æthiopibus hic conspirant, suas et. hâc in re habent rationes. Arabes & Persæ cum his eodem ordine numerant, ا ب, ا ا, &c. v. *Grav. Gr. p.* 8.

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

Alphabetum Arabicum.

Nomen	Figura. *Final.*	*Med.*	*Init.*	Potestas.	Numeri.
Elif	ا ا	ا ا	ا	א 1	١
Be	ب ب	ـبـ	بـ	ב 2	٢
Te	ت ت	ـتـ	تـ	ת 3	٣
Thse	ث ث	ـثـ	ثـ	*blasum* ת 4	٤
Zjim	ج ج	ـجـ	جـ	Zj 5	٥
Hha	ح ح	ـحـ	حـ	Hh 6	٦
Cha	خ خ	ـخـ	خـ	*ferè Gr.* χ 7	٧
Dal	د د	ـد	د	*Hebr.* ד 8	٨
Dhsal	ذ ذ	ـذ	ذ	ד *blasum* 9	٩
Re	ر ر	ـر	ر	*Hebr.* ר 10	١٠
Ze	ز ز	ـز	ز	*Hebr.* ז 20	٢٠
Sin	س س	ـسـ	سـ	ס 30	٣٠
Schin	ش ش	ـشـ	شـ	ש 40	٤٠
Sad	ص ص	ـصـ	صـ	צ 50	٥٠
Dad	ض ض	ـضـ	ضـ	צ *blasum.* 60	٦٠
Ta	ط ط	ـط	ط	ט 70	٧٠
Da	ظ ظ	ـظ	ظ	*blasè ut* ט 80	٨٠
Aain	ع ع	ـعـ	عـ	*Hebr.* ע 90	٩٠
Gain	غ غ	ـغـ	غـ	*G, quod in gutture effertur.*	١٠٠
Fe	ف ف	ـفـ	فـ	*Hebr.* פ 200	٢٠٠
Kaf	ق ق	ـقـ	قـ	ק 300	٣٠٠
Kef	ك ك	ـكـ	كـ	כ 400	٤٠٠
Lam	ل ل	ـلـ	لـ	ל 500	٥٠٠
Mim	م م	ـمـ	مـ	מ 600	٦٠٠
Nun	ن ن	ـنـ	نـ	נ 700	٧٠٠
Waw	و و	ـو	و	*ut Angl.* W 800	٨٠٠
He	ه ه	ـهـ	هـ	ה 900	٩٠٠
Je	ي ي	ـيـ	يـ	י 1000	١٠٠٠
Lam elif	لا لا	ـلا	لا		

Ordo literarum apud Occidentales Arabes, *ſ.* Mauros, *v. Erp. Gr. Ar.* 5.

Alphabetum Perſicum.

Nomen.	Figura. *Fin:*	*Med.*	*Init.*	Potestas.
Elif	ا ا	ا ا	ا	*Ar.* ا
Be	ب ب	ـبـ	بـ	ب
Pe	پ پ	ـپـ	پـ	*ut* P *Lat.*
Te	ت ت	ـتـ	تـ	*ut Ar.*
Se	ث ث	ـثـ	ثـ	*ut Ar.*
Sjim	ج ج	ـجـ	جـ	*ut Ar.*
Che	چ چ	ـچـ	چـ	*Angl.* Ch.
Hha	ح ح	ـحـ	حـ	*ut Ar.*
Cha	خ خ	ـخـ	خـ	*ut Ar.*
Dal	د د	ـد	د	*ut Ar.*
Zal	ذ ذ	ـذ	ذ	*ut Ar.*
Re	ر ر	ـر	ر	*ut Ar.*
Ze	ز ز	ـز	ز	*ut Ar.*
Zhe	ژ ژ	ـژ	ژ	Zz *Ital.*
Sin	س س	ـسـ	سـ	*ut Ar.*
Schin	ش ش	ـشـ	شـ	*ut Ar.*
Sad	ص ص	ـصـ	صـ	*ut Ar.*
Zad	ض ض	ـضـ	ضـ	*ut Ar.*
Ta	ط ط	ـط	ط	*ut Ar.*
Sa	ظ ظ	ـظ	ظ	*ut Ar.*
Aain	ع ع	ـعـ	عـ	*ut Ar.*
Gain	غ غ	ـغـ	غـ	*ut Ar.*
Fe	ف ف	ـفـ	فـ	*ut Ar.*
Kaf	ق ق	ـقـ	قـ	*ut Ar.*
Kef	ك ك	ـكـ	كـ	*ut Ar.*
Ghaf	گ گ	ـگـ	گـ	*ut* Gh.
Lam	ل ل	ـلـ	لـ	*ut Ar.*
Mim	م م	ـمـ	مـ	*ut Ar.*
Nun	ن ن	ـنـ	نـ	*ut Ar.*
Waw	و و	و و	و	*ut Ar.*
He	ه ه	ـهـ	هـ	*ut Ar.*
Ye	ي ي	ـيـ	يـ	*ut Ar.*

IN nominibus literarum ferè conveniunt Orientales hi omnes, de quorum significatu, & quæ in iis continentur mysteriis, Judæi multa. *v.* Ben Jochai, Alchanna. שערי אורה Ars Cabal. l. 713, 824. De significatu Æthiopicarum *v.* Ach. Venerium, & M. Victorium. Hæc nomina שין· ריש· טית· נימל &c. originem planè sapiunt Chaldaicum, potiùs quàm Hebr.

Figura proinde literarum, quæ Hebraica ubique nunc audit, est extra dubium Chaldaica. *v.* Cl. Gerh. Harm. Ling. Or. 16. Capelli Diatr. Altredz. Antig. d. Españ 147.

Sex habent Hebræi, & in MSS. multò plures, literas dilatabiles, חתם רהא (rariùs hoc ult.) quia voces sub lineæ finem dividere non solent: quod Æth. & Syris in usu est, præsertim in MSS. *v. Alphes. H.* ס' תורה 148 2. Syrorum literæ ex utraque parte ligabiles, ـــ ـــ ـــ ـــ Et ex una tantùm ـــ ـــ ـــ ـــ Quædam aliquando longiùs producuntur ـــ etiam Arab. ـــ

Persæ quatuor habent literas, *Pe, Che, Zhe, Ghaf*, ab Arabicis planè diversas, quarum tres illis cum Turcis sunt communes, *Pe, Che, Ghaf*, etiam quàm sæpissimè prout sui similes, *Be, Zjim, Ze, Kef*, indifferenter occurrunt, scribuntur*que*. Quin ad exprimendas voces exoticas *ſ.* peregrinas, vel saltem ab iis deductas, (ut ጸ & T apud Æthiopes, *v. Lexic. Æthic.*) frequenter inserviunt. Sic voces cũ ـــ & ـــ incipientes non paucæ, aliquid

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

quid ad pedem *ſ.* tranum (quæ anterior eſt pes) pertinens denotat. چنليق Catholicus, چيرا *Gal.* Choſe, چيلده *Gal.* Souflet, چرپشي Zirbus, چكر Jecur, چرا Quare? زنده Cento, زنكار Σκνε à, ڭ *i. q. Ar.* شكا Sic et. ڭاو ταῦ, ڭان ταῦν, ڭاره *Caſa.* Hoc idem cæteris etiam eſt commune; at peculiare magis illud, cum tribus Turcicis literis, atq; hujus gentis voces haud paucæ in hanc linguam ſe ingeſſerunt.

Ventri literarum apud Hebræos & Chal duo inſcribuntur puncta, *Dageſch* & *Mappik*, Syriacæ illud, (ـ ـ)hoc Chal. originis, à נפק Uſus igitur recentioris *Dageſch* eſt vel Lene, quod literas ב נ ר כ פ ת indurat, ב *b*, ג *g*, ד *d*, כ *k*, פ *p*, ת *t*, quorum Rafata poteſtas, *bh*, *gh*, *dh*, *&c.* vel Forte, quod literas geminat. לבו libbo, *cor ejus.* Omnibus accidit, exceptis Gutturalibus. In initio dictionis, & in medio, poſt Sheva quieſcens, eſt Lene: in medio, poſt vocalem brevem, aut longam, eſt Forte: *it.* in fine, niſi ante finalem *Begadkephath ſchevatam* aliud Scheva quieſcens præcedat, *ut* נֶרֶד *Nerd*, לַח *Bazt.* Tam apud Syros, quàm Hebr. compenſatur defectus literæ per Kuſhoi, لاحدم à لحا *fraudabitis*, cum Ruchoch, لاحدم à لا *Prohibebitis*. Ut H. *Dageſch* forte in Nominibus דַּבִּים *&c.* Sic Sy. *Kuſhoi*, رخا وغا *Rabo, Gabo*; كحثا *Kaltho*; ab Heb. בלה literæ defectũ connotat. Punctorũ apud Syr. uſus in Verbis, v. in Tab. Conjugationũ. Notæ ſunt et. Pl numeri. Duplex punctum ſupra *Reſch*, interdum notat literam, & primã præteriti, *ſ.* Fut. vel Benoni, ut ܟܪܝ *Kryt*, Vocavi; non *Krait*, Vocâſti.

Ebræorum Dageſch forte, Chald. Syr. Æth. Arabibus & Perſis per Nun reſolvitur. מנרעא *pro* מדעא & קנצי *pro* קצי. Ex Heb. אחם, אחר *Syr.* ܐܢܬܘܢ, ܐܢܬܝ; *Æth.* አንተ: አንትሙ: *ex* אבוב, טבור, חטה ابنوب ab hoc ult. Perſ. حنطة طنبور & شنبلة شنبلت: à Chal. שִׁבֳּלֶת *i. q.* שבר. *Mappik* eſt punctum educens literam ה in fine, & ו in medio, è quiete in motum, *ut* רְגְלָהּ צִיּוֹן גָּבְהָהּ pes ejus, f. Hoc olim per Raphe, Zach. 5. 11. לָהּ Exod. 9. 18. הוֹסְדָהּ Sic & Chal. & in m. g. רְגְלָהּ In verbis perit, ſequente vocali, *ut* גָּבְהוּ Syri punctum illud ſupra ponunt cum *Pthoho* ـُـ *Ar.* ـَ punctatum, ſonum ـَـهْ *Te* habet.

Samaritani lineolã ſuperne, loco Dageſch interdum uſurpant. Syris eſt punctũ ſupra ڡڡڡڡ quod (Dageſch lenis inſtar, & ex illius legibus) indurat; infra ڡڡڡڡ quod mollit: literam autem geminant nullam.

Æthiopibus in uſu eſt geminatio literarum, at nullâ notâ indicatur. 1. Nomina formæ ግዙር: *gybbur*. 2. Eliſio literæ ሃ: *Nedda*, *pro* ሃሃ: 3. Secunda Pl. Præter. maſc. penult. geminat, ገበርክሙ: *gabarkymmu. v. Gr. Æth IL.* 10.

Arabibus, Perſiſque, Teſdid ſupernè poſitum literas omnes, non exceptâ *Elif*, ut سلّار ملّام رأّس duplicat; cui eſt hæc figura (ـّـ) Mauris autem hæc ʌ, vel v, vel ʌ, (quæ rariùs) *dicitur hoc* Teſdid Neceſſarium. 2. Teſdid Euphonicum, idque triplex: Initiale, quod initialibus literis لومير imponitur poſt Nun expreſsè Gieſmatum مِنّ رِبِّهِ *Mirrabbihi*, *vel* latitans in vocali Nunnata, بيتم مقدّس *beitom mukaddaſon.* Apponitur *et.* cuivis non Gutturali immediatè poſitæ poſt ſui ſimilem Gieſma affectam. مِنْ نّذْرٍ *Cor. Surat.* II. 269. بَلْ لّهُ 116. v. v. 60, 83. aliàs abſq; مِنْ نِسَائِهِمْ 224, 226. مِنْ نّاصِرِينَ III. 21, 54, 90. Deltale, quod adſcribitur ت poſt د (& interdum, rariùs autem poſt ذ) قَصَدْتُ Lamdale, apponitur literis Solaribus poſt Art. ٱلْ *ut* ٱلرَّبُّ *Arrabbo*, ٱللّٰهُ *Allaho*, ubi ل poſt ل Articuli ſæpè perit. اللّيل *pro* الليل Idq; ſemper in Pron. Relat ٱلَّذِي ٱلَّتِي & cum Articulo præfigitur ل Dativi caſus, لِلّٰهِ *pro* لِلاله.

Literis Arab. atque Perſicis, necnon Turcicis, apponuntur quoque aliæ figuræ, *ſc.* (ـٜـ) quæ *Gieſma* vocatur, & indicat literam illam cui ſuperſcribitur cum præcedente vocali copulandam eſſe, & more Hebr. Sheva compoſitam efficere ſyllabam, *ut* دره Literis اوي quieſcentibus minùs bene appingitur, niſi radicales ſint, & naturâ ſuâ mobiles, *ut* يَامَنْ يُولِدْ Perſis interdum duplex, at priori literæ ſufficit ſuperſcribi, *ut* جَنْك *Zjenk.*

Hamza (ء) eſt ſervus literæ Elif mobilis, *ut* أ إ ؤ appoſitum ا Elif vocali deſtitutum, indicat id eſſe radicale, adeóque naturâ mobile, يَامَنِ *it.* in medio & fine poſt literam gieſmatam, *ſ.* literas اوي uſurpatur pro Elif, idemque in pronuntiatione valet, *ut* يَسْأَلُ *pro* يَسْاَلُ أَوَّلُ *&c.* مَآءٌ سَيِّءٌ Literis و ى ـٓ ـٖ ſuperſcriptum, eas vicarias eſſe ٓ Elif naturâ mobilis indicat, إِرِّ يَامَنِ *pro* إِرِّ يُومِنُ *Medda* (~) apponitur Elif quieſcenti ante ـَـ, idque producit, سَمَآءٌ *Samâon*; *it.* dictionũ compendiis, ut Heb. ـ *Sic* ـَـ *pro Ar.* טרף *ut Heb.* הקדש *pro* הקרש *Weſla* (ـٔـ) Elif (cui ſoli inſervit) vocali privat, & ſubſequentem Gieſmatam cũ vocali præcedentis dictionis unit, قَلْبُ ٱلْمَلِكِ *kalbolmeliki*, بِنْبِكَ *bibnika.* Elif Unionis *dicitur*, eſtq; triplex; Verbale, Quod Imperat. I. Conj. præfigitur, إِضْرِبْ ٱضْرِبْ & quod Præteritis Activis Imper. & Infin. Conjugationum ſecundæ & tertiæ claſſis pro characteriſtica eſt, أَضْرَبَ اِسْتَصْرَفَ 2. Nominale, in his decem, اِمْرَءٌ, اِمْرَأَةٌ, اِبْنٌ, اِبْنَةٌ, اِثْنَانِ, اِثْنَتَانِ, اِسْمٌ, اِسْتٌ, اِيْمَنٌ, اِيْمُ 3. Articulare, ٱلْ ٱلَّذِي *&* Excip. ٱلْ اِيْمَنُ & Verbale cum Damma, omnia Elif Unionis extra unionem, Kefram poſſident, licèt adſcriptam non habeant; مَدِينَةٌ اِدْنَكَتْ *Medinaton iftetahat.* اوي quieſcentes non obſtant *Unioni*, نَصَرُوا ٱلْمَلِكَ *Naſaroul melika.* Ob eam Affixa. كِتَابِيَ ٱلْعَظِيمُ & ي ـِي affumant Fatham, *Kitabia ladîmo.* Et Gieſma præced. mutatur in Kefra, ضَرَبَتِ ٱلْاَمُ *Darabati lommo.* In مِنْ in Fatham mutatur, مِنَ ٱبْنِكَ at مِنْ in Kefram مِنِ ٱبْنِكَ Terminationes verbales تُمْ & تُوا ـُـ *it.* Affixa كُمْ & هُمْ adſumunt Damma, عَرَوُا ٱلْعَدُوَّ *pro* عَرَوْا His legibus non ſubjicitur Elif Unionis initio ſententiæ, nec poſt Art. ٱلْ poſitum. Elif Unionis, & Weſla, non habent Perſæ.

Poteſtas eſt literæ Syriacæ aliquando duplex; ܘ ſequente aſſo in initio, & fine, Syri ut Jud efferunt, ܘܐ *Oyar*, ܡܠܘܝ *Mloyo.* Sic & ـُـ in Benoni Quieſcentium Waw, ـُـ *Soyem*, ـُـ *Koyem.* *Chaldeis* שאר & שאף, שיר & שיף *&c. pro eodem ſunt*, fortè eodem etiam modo efferunt.

Quieſcit etiam aliquando literarum poteſtas. هٰذَا هٰذِهِ quæ verior punctario Chal. & Sam. זְאֵב זָאֵב Sic ـَـ in initio dictionis, ـَـ *Itheb.* ـَـ *ideph.* Chal. יהב *ihabh*, יתב *ithabh.* Sam. ⳉⳁⳙ *itham.* Lingua Syriaca optima eſt ac certiſſima Regula punctandi tam Chaldaica, quàm Sam. *Hinc* ـِـ *id.* ـِـ & ـِـ ſequente ـُـ pronunciatur ut *Olaph*, ut ـُـ *Okno*, ـُـ *chaab*, ـُـ *Uhdono.* Quæ literæ quieſcunt, & quando, *v. Ger, Harm. L. Or.* 12.

Ar. *He* cum duobus punctis, ـَـ ut ـَـ, effertur, & f. gen. itemq; Plurale deſignat. Ar. *Nun* ante Be ſonat ut Mim, عَنْبَرٌ *Ambaro*, مِنْ بَيْتٍ *Mimbeiti*, ante لومير ſonum accipit ſequentis, مِنْ رَبٍّ *Mirrabbin*, مِنْ لَيْلٍ *Milleilin.* Ante reliquas, ſonat ut *NG. f.* Turc. ك ut أَنْزَلَ *Angzala*, مِنْ طِيْنٍ *Mingtinin.* Ante ق & ك manifeſtior eſt, ac fortior hic ſonus. مُنْقَلَبٌ *Mungkâlabon*, مِنْ قَلْبِهِ *Mingkalbihi*, مِنْ كَفَرَ *Mingkefara.*

Æthiopes

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

Æthiopes ዐ ut ኧ sæpe sine ulla discrepantia usurpant. ስእለ: & ስኢለ: ኣይ ድለ: ኣይደሁ: ጠግኡ: & ጠገቡ: per ሁ: sua etiam formant tempora, ሰገ ብር: *faciam pro* እገብር: Sextam Classem. *Cl. IL.* ab initio vocis per ሃ exprimit. *ut*, ፍጡር: *fythur*. In medio quiescit, መትክል: *Mátcal*, & prima tonum habet. Post particulas, movetur በፍቅር: *bafykr*. በዝ: *bazy*. Fœmin na adjectivorum formæ ግብርት: lege, *gybrt*. ቡርክት: *burykt*. እንስት: *anyst*. ሓብስት: *hybust*: Sic etiam Futurum Activum, cujus media radicalis est sonans, & tertia sextæ classis, እገብር: *ygabr*. Si prima sextæ in Indicativo ይመክል: *ymybyl* in Subjunctivo *ymhyl*. Post longam movetur, ሰድ ት: *Sâdyt*. Post Affixa ዮ & ኑ movetur, ልብየ: *lybyya*. Duæ hujus classis literæ in fine vocis (instar Hebr. Scheva, cujus legibus permultum conformatur) quiescunt, ምድር: *mydr*. ትፍሠሕት: *tyfsyht* (*al. tfséhet*) መጋብርት: *magábyrt*. *IL.* Denique movetur semper post vocales magnas, quales sunt omnes præter primam & sextam, & ante ultimam dictionis; quia omnis penultima longa; ut aliqui volunt.

Divisiones Literarum. Sunt vel Gutturales, א ה ח ע *Hebr. Ch.* ﻫ ﺡ ﻉ ﺀ: ﺃ ﻫ ﺡ ﻉ ﻍ ﺥ: *Arab. & Perf.*

مُوَثَّف Brevis ſtaturâ, ſimulque latus & carnoſus, *ſ.* quadratus ac ſtabilis.

אתר Ar. اِتِّصَال Conjunctio. وَصَلَ *ſed eſt à* وَثَلَ.

אתק Syr. ܐܬܘܢ Alabandicus niger. *BB.*

אתר Chal. אַתַּר, אַתְרָא Locus. Gen. 24. 23, 25, 31. Exod. 21. 13. *Aff.* Num. 24. 11. Joſ. 3. 3. *Pl.* אַתְרַיָּא Deut. 12. 2. *Aff.* Amos 4. 6. *Apud Rabb. Berach. f.* 63. 1.

אַתּוּר Aſſyria. Gen. 10. 11. *Jon.* Num. 24. 22. *Jon.*

אַתּוּרָאָה Aſſyrius. Gen. 10. 11.

אַתּוּרַיָּא Id. *ib. T. H.* c. 25. 18.

אַתְרוֹג *v.* נתר. אַתַּר. תרג. *v.* נתר.

אַתְתָא, אִתְתָא *v.* אתה.

Syr. ܐܬܪܐ, ܐܬܘ Locus, ſpatium. Regio. Deut. 12. 27. Mat. 2. 22. Luc. 10. 1. *It.* Dilatio, longanimitas. Exod. 2. 28. & 8. 15. Rom. 2. 4. Convivium, Judith 6. 20. *Ubi Syrus vr. legiſſe* τόπον *pro* πότον. *It.* Opportunitas. Act. 24. 25. *Aff.* Mat. 2. 12. Joh. 11. 48. *Pl.* ܐܬܘܪܐ Loca, Mat. 12. 43. Act. 2. 10.

ܐܬܝ *Hinc* ܐܬܝܐ ⲁⲑⲏⲛⲁⲓ *Gr.* Ἀθηναῖοι Subdio, 3 Eſd. 9. 11.

ܐܬܘܪܝ Popularis, oppidanus.

ܐܬܘܬܝ Localis.

ܐܬܘܪܝ Aſſyrius. Pſa. 83. 9. *Pl.* ܐܬܘܪܝܐ Aſſyrii. *It.* Inimici. *BB.*

Sam. ⲁⲑⲁⲣ Locus. Gen. 24. 23, 25. *It.* Manus (*ut* יָד *H.*) Gen. 49. 24. Exo. 6. 8. & 15. 17. & 24. 11. & 29. 9, 10. Pro, loco, *i. q.* תַּחַת. Lev. 13. 23, 28. Sub. Exo. 24. 10. *Mo. It. i. q.* חתר Effodit. Exo. 22. 2. *An. Sam.*

Ar. II. أَثَرَ *pro* وَثَرَ, *Act.* مُؤَاثِر, Subtendit *arcui* nervum, tetendit *arcum. cca.*

أَثْرَار *Nom.* Oppidi Turkeſtanæ, *ſ.* Scythiæ Orientalis.

أَثْرُور *i. q.* وُثُرُور, *ſeu pro eo, per Metathefin duarum primarum literarum,* Servus prætoris, prætorianus miniſter.

أُتْرُج, *ſeu* أُتْرُجّ, *Coll.* ة, *Unit Perſ.* بِرْ *Turunzj, Ch.* אֶתְרוֹג *Coll.* Mala citrea *ſ.* Medica, *ſed propriè* generis majoris: *ſc. quæ cortice dulciore ſunt, & magnitudine ferè melones æquant.* Malum Aſſyrium, Perſicum, Heſpericum, citromelum. *It. ipſa* Malus arbor. *Plemp. in Avic.* I. *p.* 133. *l.* 38. *Ar.*

أُتْرُجِّي f. Citrinus.

¶ أَثَرَ *Fut.* O. Rem rei ſubjunxit, effecit ut una ſequeretur alteram. *ccap. & r.* 2, Memoravit, prædicavit. Allegavit, retulit dictum aliquod aut factum: *inprimis* alius poſt alium continuatâ traditione. *cca.* Aliquid aliunde acceptum tradidit, *aliorum qs. veſtigiis inſiſtens.* 3, Abraſit ferro interiorem plantam *cameli,* ut veſtigia in ſolo poſita certiùs quis ſequi poſſet: *ad camelum inveniendum, ita ut in mollioribus campis & arenaceis deſertis fieri conſuevit.* 4, Excitavit, concitavit. 5, *i. q.* اِخْتَار Elegit. Pſ. 51. 3. & 118. 14. *Ro.* Pro. 1. 29. Selegit, præhabuit. *cca.* Honoravit. 6, Conflavit *gladium. Sed duæ hæ poſteriores ſignificationes potiùs ſunt Conj.* IV. *Mediâ Keſratâ* 7, *qs. Ch.* אִתַּר Præcelluit. *cc* عَلِيَ. 8, Inſtituit & cœpit facere. *ec Fut. vel c* عَلِيَ. *qs. elegit.* 9, Propoſuit ſibi, intendit. *cc* لَ. *velut propoſito rem ſelectam exequendi, quâ excellere ſtuduit.* II. Veſtigium rei impreſſit & in ea reliquit. 2 Macc. 28. 13. Signavit. Vim impreſſit, affecit.

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

affecit. *cc* ب *r.* ني *p.* III. Elegit, præhabuit, maluit. *ccap. &*

لا توائر الأثم Non cupis nec amas iniquitatem. Pſ. 5. *Gol.* IV. Prahabuit, prætulit, ب *r.* Voluit. Prov. 3. 30. maluit. *ccap. &* · 2, Exiſtimavit, putavit. V. Veſtigia perſecutus fuit, veſtigia inſtitit legitque, & ponè ſecutus fuit. *cca.* VIII. *i. q.* V. X. Solus fuit & eminuit in aliqua re, præcelluitque: ſibi ſoli vindicavit & ب. *It.* Prætulit. Sap. 17. proprium habuit. *cc* · 2. Rom. 15. 1. *Erp. cc*

علي *p.* Elegit, ſelegit; præhabuit. *Uſurpatur quoq; cùm defuncti piè meminimus, eique bene precamur, ut* استأثر به الله Miſericordiâ ſuâ eum beavit Deus, *gs.* vindicavit eum ſibi & elegit; *vel ab Ebr.* אשר beavit: *paſſim n. Hebr.* ש *mutatur in Ar.* ث.

اثر *Act.* 2, I. Allegatio. *It. Act.* 7, 8, I. Excellentia, præſtantia. Inceptio: *unde* · Egit hoc primò & præ فعله اثرا cæteris rebus. 2, *cujus Pl.* آثور. Vndulata *ſ.* formicoſa facies & criſpans fulgor *gladii: hoc ipſum excitatur arte & eximium quid habetur.*

اثر & أثر Veſtigium, ſignum rei ſuperſtes, à re aliqua relictum, *uti ex habitatione loci, vel gladii ictu. à Ch.* יתר reliquum eſſe & ſupereſſe. *Unde* في & علي اثره Poſt *primum* 2, Poſt. illum, & ſtatim è veſtigio. 3, *prim.* Butyrum purum & ſincerum, recens: melior & exquiſita ejus pars: *qs. præſtans & excellens.*

أثر & أثر Cicatrix, ſanati vulneris veſtigium. *Primum in genere* Signum. Veſtigium. *ſpec.* Formicoſus gladii fulgor. *it.* Aqua vultûs, & ſplendor ejus, *i.e.* vividus ejus color *ac* nitor. *Secund. ſpec.* Nota & ſignum in pedis camelini planta, ut certiora ac notiora in ſolo ponat veſtigia: *per quæ longiùs evagatus camelus inveſtigari poſſit. v.* 3, I.

اثر *i.q.* أثر 1, & 2. Luc. آثار. Signa. Veſtigia. 2 Cor. 12. 18. Impreſſiones. *Unde* آثار علوية Impreſſiones ſublimes, *i. e.* Meteora. & ذو الآثار *Cognom.* Aſwadi, Satyrici Poëtæ, *quòd mordacioris ſtyli ictus infligeret. Pl. al.* آثور. *Dimin.* أثير. 2, *primum* Quod memoratur & refertur: Bonum, boni quid. Dictum & factum per manus traditum, *quod continuâ ſerie*

& velut per veſtigia ab aliis ad alios pervenit. & hinc Articulo reſtrictum Dictum factumve Muhammedis per manus traditum: *vel* Sunna ipſa, *i. e.* dictorum factorumque Muhammedicorum Pandectæ. *Pl. primum* Idem. *it. Dimin. eſt Nom. propr.* Viri.

أثر & أثير *Ag. Hinc* لا ذا كرا ولا آثرا Neque proferendo neque allegando, *i.e.* nec meis nec alienis verbis.

آثري أثيريين، آثري أثيري، آثرا ما & آثرات يديين *nec non* آثري يديين، آثيره دي أثير، أثري، أثره دي أثير *æquipollente ſignificatione omnia.* Primò, primùm omnium, ante res alias omnes.

أثر Eximius, excellens. *& pec.* Virtutibus & operibus antecellens, & antecellere ſtudens. *it.* Butyrum purum & ſincerum.

أثير Signans & Signatus. Veſtigium imprimens & Veſtigio notatus. *& pec.* Imprimens ſolo magna pedis veſtigia *bos, equus, camelus.* 2, *i. q. Ch.* יתיר, electus, exquiſitus, excellens. *ſpec.* Electus & intimior amicus. 3, *Gr.* αἰθὴρ Æther.

سني أثير بثير & سني كثير أثير, *utrumque ita conjunctim ſumptum,* Res multa admodum & copioſa.

أثره Quod ſupereſt de ſcientia aliqua. Doctrina, quæ à Majoribus accepta ſervatur excoliturque. *Et in gen.* Quicquid de re ſuperſtes eſt, *præſert.* per manus traditum.

أثره, *convenit cum præc. prox.* Quod quis præclarum deſignat, inſigne opus & meritum, memoratu dignum, *vel* virtus & gloria hæreditaria. 2, Frequentia congreſsûs cameli cum camela.

أثره, أثره, أثره *i.q.* أثره, *np.* Quod quis ſibi eximium & proprium habet, quoque excellit, ὑπεροχήν.

أثري, Qui refert الآثار *i.e.* dicta & facta: *inprim.* per manus tradita, *& pec.* Muhammedis.

اثاره *i.q.* أثره, Dicti alicujus & facti commemoratio, *præſert.* per

manus tradita. 2, على اثاره سني Super Reliquiæ rei. *Unde* per reliquiis & veſtigiis rei: quando aliquid præceſſit, cujus ſimile ſequitur: *ut ſi irato excitetur ira, & utcunque pingui, adhuc nova accreſcat pinguedo.*

اثاره Annonæ anguſtia, & Status adverſus & afflictus.

أثيره Jumentum quod magna pedis veſtigia imprimit ſolo.

ثوثور Prætorianus miniſter, & Satelles, lictorve. 2, Ferrum, quo abraditur interior pars plantæ cameli, *ut impreſſa ſolo veſtigia certiùs diſtingui poſſint. v.* 3, I.

مثثره *i. q. prox. præc.* 2, Inſtrumentum *vel* ferrum, *&c.* 2, *ſine Hamza* ثه *Je, eſt-que à* وثر Quicquid imponitur ephippio mollioris inſeſſûs ergô.

موثر *Part.* IV. *Conj.* Volens, cupiens. Prov. 18. 1.

مأثور Memoratus, continuâ teſtium ſerie ac per manus traditus *ſermo, hiſtoria vel ſententia. Pl.* Placita. Ph. 2. 21. 2, Reſplendens, undulatâ vel formiculoſâ facie *gladius: juxtà alios* Hæreditarius & continuâ ſucceſſione à Majoribus relictus *gladius. & cum Articulo, Nom.* gladii, quem à Dæmonibus conflatum ferunt. 3, *Camelus* cui planta pedis raſa & ſcalpta, *ut veſtigia ſolo impreſſa melius appareant.* 4, Optatiſſimus. Sap. 18. 3. *& cum* ه *fin.* Elegibilis, amabilis, electus, optatiſsimus. Prov. 6. 8. & 16. 16. Sap. 18. 3.

تأثير Affectio, impreſſio *aeris. Avic.* I. *p.* 40. *l.* 8. & 43. 33. *Ar.*

أثرار Oxyacantha, *i.e.* acida ſpina: *ſc.* Berberis *officinarum.*

אחש Sam. אחש Stultè fecit. Num. 12. 11. *Convenit c. Ch.* אשא *& Syr.* ܐܫܐ *eliſo א, necnon ſeq. voce Ar.*

Ar. أثسه Homo ignavus, fucus: Homo vilis & obſcurus. *& pro convicio dici ſolet.*

أثس *Nom. Propr.* Viri.

ב.

Hebræis, Chald. Syr. &c. eſt litera ſervilis conſtituens præpoſitionem In. Gen. 1. 1. Iſa. 2. 10. Exod. Deut. 38. 8. De. Lev. 8. 32. Cum. Iſa. 7. 20. Propter. Gen. 18. 28. Uſque ad. Pſ. 36. 6. Adeo ut. Lam. 4. 14. בלא. Ad. Lev. 16. 22. Super. Neh. 2. 12. Per, *jurantis.* Gen. 22. 16. Contra. Gen. 16. 12. Ante, poſt. *R. Jonah* Gen. 2. 2. ביום ante diem. Num. 28. 26. בשבעתיכם poſt h. v. *Aliquando etiam genitivum format, ut* Pſ. 9. 10. *aliquando accuſ. v.* Boot. *Animad. ſac.* I. I. 17. *Interdum aſſumit particulam expletivam* מו, *ut* במו אפל In caligine, Pſ. 11. 2. *interdum* די, *ut* בדי אש In igni. Jer. 51. 58.

ÆTH. ב: In. Mat. 2. 1. Per. Luc. 11. 15. & 21. 36. Pro. Pſ. 44. 1. *et* 113. 10. Propter. Luc. 23. 15. Joh. 4. 41. De. Luc. 8. 3. Joh. 3. 32. Cum. Luc. 8. 13. Act. 15. 7. Pſ. 72. 24. Secundùm. Act. 22. 12. *et* 23. 3. 1 Cor. 10. 18. 2 Tim. 1. 1. Apud. Act. 25. 11. *Cum aliis particulis,* בגלל: à, ab. בעלת: propter. בלא: quà, quo, quomodo. *Cum pronom. Af.* בי: Habeo. Luc. 24. 39. בש: habes. ב: habet. *It.* Fuit, fuerunt. Mat. 13. 4. & 19. 12. בנו: habemus. בתם: habetis. Luc. 24. 41. בם: habent. Pſ. 113. 13. בה: Num? nunquid? Pſ. 76. 7, 8. *et* 87. 11. *et* 88. 47. & 57. 11.

AR. ب *Nota Arithmetica binarii, prout ſecunda eſt Alphabeti litera.*

ب, *et nonnunquam* بـ, *Particula inſeparabilis, ferè conjunctionem notans.* بدر In Bedr. *Cor. Et in formula ſingulis Corani capitibus præmiſſa, unde Be-'lbiſmillahi dcr.* 2, Cum. اكلت الخبز بالتمر Edi panem cum dactylis. *Tum in hac ſignificatione plerumque ante ſe habet verba adventûs vel abitûs; quæ tunc per* adducere *et* dare, *vel per* abducere *et* eripere *commodè reddunturut* ذهب بالنور *vel* اتي بالكتاب Venit cum libro, *vel* abiit cum lumine; *i. e.* Attulit librum, *vel* ademit ſuſtulitque lumen. *Cor.* 3, Super. سقط بفيه Cecidit in, *i. e.* ſuper os ſuum. 4, Ex. *ut* يشرب بها عباد الله Bibunt inde, ex eo fonte, homines. *Cor.* 5, Propter, per, ad. 1 Cor. 2. 12. Apoc. 4. 11. *et*

ما خلقنا هم الا بالحق. Non creavimus eos niſi ad verum & juſtum. *Interp. Cor.* 6, Erga. احسن به *i. e.* اليه, Benefecit illi, beneficus erga eum fuit. 7, Per; *ut* بالله لقد كان: اقسم بالله بالنبي. *ſ. cauſæ mediantis, ut* Per Prophetam: *ſ. juramenti,* Juravit per Deum; *vel ſine verbo ſuo,* Per Deum jam fuit. 8, Pro. دم بدم Sanguis pro ſanguine. *It.* 9, Vix. تامنه بدينار Credas ei vix denarium. *Gigg.* 10, *Uſurpatur ſeqq. modis.*

1. كتبت بالقلم. 2. بالاستقامة. 3. بسير القروان. 4. اشتريت بالالف. 5. قذف بالاثم، & بهتها بالفاحشة. 6. كافاته بالضعف. 7. ابدل شيا بغيره. 8. تمتع

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

8. تمتع بنعيم الجنة. 9. الدنيا مستكونة بالرزايا. 10. مستتره ببر.

11. هنا بالقطران; *Ubi adhibent ferè Latini vel Ablativum,* 1. *Inſtrumenti* Scripſi calamo. 2. *Modi* Rectâ viâ, rectè. 3. Inceſſu *vel* juxta inceſſum viatorum. 4. *Precii,* Emi mille *nummis. vel Genit. abſolutum* 5. *Criminis,* Accuſavit crimine, & Falſò inſimulavit illam impudicitiæ. *Et cùm notatur* 6. *permutatio,* Commutavit rem aliâ. 7. *Compenſatio,* Compenſavi duplo. 8. *Fruitio,* Frui voluptate Paradiſi. 9. *Plenitudo vel operimentum,* Mundus repletus eſt malis. 10. Velata byſſo. 11. Inunxit pice. 11, *Etiam ubi Dativo vel Accuſativo Latini utuntur, præſertim cùm conjunctio vel tranſitus ſignificatur: ut* امسك به: لصق به: سال: حس بالشي: امسحوا بروسكم برءوسكم: مررت بزيد به. *i.e.* Adhæſit illi: Prehendit illum: Abſtergite mulcendo capita veſtra. Percepit rem. Rogavit eum: Præterivi Zeidum. 12, *Additur vocibus negationis,* بغير Abſque, بلا شي Abſque re aliqua. *et poſt* ليس negativam *auget,* ليس بفضول Non eſt ſuperfluitas. *Gigg.* 13, *Subinde eſt Pleonaſtica & vacat: vel in Subjecto, ut* احسن بزيد, *pro* كفا بالله شهيدا زيد. Pulcher evaſit Zeidus: Sufficit Deus teſtis, *vel* in teſtem: *vel ratione Prædicati,* الله هو بقدير Deus eſt potens. 13, *Redundat quoque nonnunquam apud Poëtas metri tantùm facilioris ergô.*

בב CH. בַּב, בָּבָא Janua, oſtium, porta. Poſitio. Eſth. 5. 14. אַבַּב, אַבָּבָא Ad portam. *Adag. priſcum,* אבב חוטרא מילי ואבי דרי חושבנא Ad fores caulæ verba, intra ſepta ratio *exigitur. Schab. fol.* 32. 1. *v. R. Sal.* Eccleſ. 3. 17. *Pl.* באבי *Menach. f.* 34. 1. בבא *Nom. prop.* Viri; *cui ſemper adjunctum familiæ ejus nomen,* בבא בן בוטא Bava filius Butæ.

בָּבָא, בָּבְתָּא Pupilla oculi. Prov. 7. 2. *Conſt.* Deut. 32. 10. *Talm.* בביתא Id. *Gittin* 69. 1. *v.* בברה.

בָּבוּ Odium, inimicitia. Gen. 37. 4, 5, 8. *Jon. i. q.* רִבְבוּ.

בְּבוּאָה Umbra figuram alicujus referens, imago, figura umbratilis. עֵין *f.* 47. 1. *Si quis iter facturus, ſcire cupiat an domum proſpere reverſurus, inſpiciat noctu umbram ſuam,* אם חזי בבואה לבבואה ſi viderit umbram umbræ, *indicium eſt ipſum reverſurum; ſin minùs, contrà. Kerith. f.* 6. 1. *Breſh. rab. ſ.* 4. בוביא Id. *Jalkut Proph. f.* 65. *col.* 3.

בּוּבְיָא Catinus, catillus, frixorum fictile. *Peſach. f.* 30. 2. *Schab. f.* 29. 1. בּוּבְיְתָא & בביתא Maceratio. *Chol. f.* 85. 2.

ÆTH. ባቢሎን: Babylon. *no. civ.* Pſ. 136. 1.

ባቢ: Unuſquiſque, quilibet, finguli. 2 Cor. 11. 24. Pſ. 48. 2, 11. *et* 146. 4.

ባቢይትሆም: *v.* בנת.

AR. بَبَ *i. q.* بَجَ, *aut pro eo, it.* بَبَان & بَبَّان, *frequentiùs prioribus,* Genus, modus: *ut* هم ببان علي ببان واحد *et* واحد, Ipſi ſunt pares & æquales, *et* unam inſiſtunt viam: eandem regulam ſequuntur.

بَبَهْ Vox infantis dicentis ba ba. 2, Juvenis corpulentior, obeſulus & bene curatâ cute. 3, Fatuus, ſtolidus & iners. 4, *fuit Cognomen* Abdallæ fil. Harithi pronepotis Abdalmatlebi, *præfecti Baſræ.*

بَابَهْ Cameli admiſſarii ſonus, in gutture reciprocatus, *qui Arab.* هدير *Hadîron dicitur.*

בִּבְרָה f. Pupilla. *Conſt.* בִּבְרַת Zach. 2. 8. *contractè* בַּת עַיִן Pupilla oculi, Pſa. 17. 8. *Nihil eſt quod natura munivit magis,* 5, *np. tunicis, palpebris, et ſupercilliis: nihil etiam homines charius habent, nihil majori curâ et ſtudio cuſtodiunt.* Id. *et* אישון *ibid. hoc tm. à colore, ut illud à figura.*

CH. בבא, *v.* בב.

SYR. ܒܘܒܐ Pupilla. Pſa. 17. 8. Deut. 32. 10. Prov. 20. 20.

ܒܘܒܝܐ Id. ܒܘܒܝܠܐ Puerulus.

ܒܘܒܐ Papæ, *Interjectio admirantis. F.*

בָּבֶל Babel, Babylonia, *Nomen turris, urbis, & regionis, ubi* בָּלַל *h.e.* confudit Deus labium totius terræ. Gen. 11. 9. *& cum* ה *loc.* בָּבֶלָה In Babel, 2 Par. 36. 6. *Antiqua* Babel *ſita fuit in valle, & à Deo ſubverſa anno ſecundo Darii, qui novam ibidem condidit quæ eſt hodie. Schind.*

CH. בָּבֶל *i. q. Heb. Sanh. f.* 24. 1.

בָּבְלִי Babylonius, Babylonicus. *Talmud.* בַּבְלָאִי Id. *Emph.* בַּבְלָאָה, *Fœm.* בַּבְלִיתָא. Pſa. 137. 8. *Pl.* m. בַּבְלָאֵי Pſa. 137. 3. *Fœm.* בַּבְלִיתָא v. 8. Eſth. 2. 10. 7. 2.

בַּבְלָיָא Babylonii. Eſth. 4. 9.

SYR. ܒܒܠܐ *et* ܒܒܠܠܐ Confuſio, linguæ titubatio, hæſitantia, balbuties.

ܒܒܠܐ Bos ſylveſtris. *Pl.* ܒܒܠܐ.

ܒܒܠ Babel. ܒܒܠܝܐ Babylonius. Adorator idoli Bel. *F.*

AR. بَابِلُ, *Gent.* بَابِلِي Dan. 14. 2. Babylonia. Gen. 10. 10. Dan. 3. 12. *et* Babylon urbs Aſſyriæ quondam caput. - *fin.* Vinum, venenum. *it. Denom. & cum* ب veneficium. *Bd. Gigg. vel quòd denominentur ab illo loco?*

بَابِلِيُّون, *poſt* القسطاطة, *et deinde* القاهرة, *i.e.* Fuſtata *& vulgò* Cairo *dicta,* Babylon Ægypti.

בנס SYR. ܒܘܫܡܢ Chamæmelum, ἀνθεμὶς.

בבע AR. بَبَّغَا *et* بَبَّغَاءُ, *Hiſp.* Papagajo, Pſittacus. Lev. 11. 19. Deut. 14. 18.

בבר CH. בִּיבָר Vivarium, locus in quo feræ, beſtiæ, piſces, aves conſervantur. *It.* Fiber, *canis Ponticus. Cholin f.* 127. 1. *v. Gloſſ. Pl.* ביברים *Betz. f.* 23. 2. *et* ביברין *Schab. f.* 106. 2. *Conſt.* ביברי דנרש Vivaria urbis Nereſch. *Chol. f.* 127. 1. *Al. no. prop.* urbis, Vivar & Nereſch: *ſic etiam* ביבארי *eſt* Oppidi *nomen, Sota f.* 10. 1.

SYR. ܒܒܪܐ Sterilis, incultus. *BB.*

AR. بَبْر *Pl.* بُبُور, Animal, quod ſe ceu viæ ducem præbet leoni, 2, *Perſicè* Tigris.

بَبْرَالُه *Barbaric. Maurorum nom.* Ariſtolochia longa. *Dioſc.* III. 5.

בא AR. بَاءَ Reverſus fuit, بوا. *& ſimilia v. in* بوا.

بَاءٌ *Litera* Be. 2, *i. q.* بَاءَ Coitus. *v. ibid.*

באב AR. Q. بَأْبَأَ, *Act.* بَأْبَاهُ; Dixit baba, *i. e.* pater, *infans,* Papavit. *& aliter* Dixit baba *infanti. cca. vel* ل. *ita utì imitari balbutientes illos blandioris luſus eſt.*

2, Celer fuit, properavit: *fortè à ſeq. nomine, quòd imaguncula in oculo res ſit celerrimi motûs.*

II. بَبَايَا Celer & incitatus fuit, *ac* citò præterivit.

بَبَّاءٌ Intelligens. *v.* بَابٌ Porta, *&c. v.* بوب.

بُوبُو *General. qs. i. q. Ch.* בְּבוּאָה, Species & umbra rei, qualis à politis corporibus redditur. *ſpec.* Imaguncula in medio oculi apparens: *quin i. q.* בִּבְרָה Pupilla *ipſa: ut* هو اعز عندي من بوبو عيني Ipſe eſt charior mihi oculi pupillâ. *Inde* 2, Medium præcipuumque *rei. Sic* corpus locuſtæ. 3, Radix, origo *rei. Hinc* هو في بوبو المجد: & بوبو دهره. In ſumma eſt gloria: &, Ornamentum eſt & delicium ſui ſeculi. *Ita &* Dominus politus ac ſpecioſus. *it.* Princeps populi & magnus. 4, *i. q. præced.* Intelligens, aſtutus. 5, *quod elegantiori formâ effingi ſolet,* Caput vaſculi, in quo nigricantis collyrii genus, *Cohl* dictum, & familiariter palpebris illini ſolitum, recondi ſolet.

الْبَاءَةُ, *v.* بب, Admiſſarii hinnitus ſeu mugitus. *Gigg.*

البابة *Albaba,* bellua marina, quæ in mari Jaman & Harcand tantùm reperitur. *Babebot Sylvat. G. Nub. p.* 44. *l.* 17. *Ar.*

بَابَارِي, *aliàs* فُلْفُل, *Gr.* Πίπερι, Piper *nigrum. Dioſcor.* II. 189.

بَابِرْت Babytace, *oppidum ad Septentrionalem Tigris alveum Stephano.*

بَابَرِّي *Nom.* pagi in Territorio Bagdadi, *ad Tigris fluvium, qui* دجيل *qs.* Tigrilus *dicitur.*

بَابَسِير Oppidum in tractu اهواز *Ahwâz.*

بَابِس *Nom.* pagi Bochâræ.

بَابِلَس, *& cum* ص, *Gr.* Πέπλος, peplus. *Dioſc.* IV. 168. *It. Babilets planta,* papaver ſpumeum. *Avic.* I. *p.* 149. *l.* 22. *Ar.*

بَابِلَّا Pagus vicinus Halepo.

بَابُنَهْ, *& cum* ال, *Nom.* pagi Bochâræ.

2, *It.* بابا, Papa, Pontifex Romanus. *G. Nub. p.* 262. *l.* 11. *Ar. v. Eutych. Al.* I. *p.* 333.

بَابُوس Natus *ſ.* fœtus quilibet, hominis aut alîus. *&* Pullus cameli. Infans lactens: *in lingua Romana Kam. fortè* Pupus. *Bd.*

بَابُوش, *à Perſ.* پاپوش *qs.* pedis indumentum, Calceus: *inprimis exteriores, quos conclavi vel templo egreſſuri induunt, ingreſſuri exuunt.*

بَابُوج, *à Perſ.* بَابُونَهْ, *Ægyptiis* كركاش, Chamæmelum *herba. Avic.* I. *p.* 139. *l.* 35. *Ar. Dioſc.* III. 154. Chamæmelinum *oleum. Avic.* I. *p.* 87. *l.* 33. *Ar.*

بَابُونِيَا Pagus Bagdadi ita dictus.

بَابَيْنِ Portæ duæ. 2, *Nom.* loci in Arabiæ parte Bahrein.

באג CHAL. באנא Ager. *v.* בנא. *Medium* א *hîc, & alibi ſæpe, eſt tantùm vocalis index.*

AR. بَجَ *i. q.* صَرَفَ Vertit, convertit *illum. Bd. Gigg.* 2, Excla-

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

2, Exclamavit ob indigentiam *vir. Gigg.*

بَاجٌ, *et* بَاجٌ, ד, (*à Perſ.* باد cibus: *unde* باهان diverſa ciborum genera) Species, genus, modus. *ita dicunt* اجعل الباجات باجا واحدا Diverſa genera redige in unum. 2, *& cum articulo, Hebr.* בְּנִ, Cibus, cibarium. *Avic.* I. *p.* 84. *l.* 40. *Ar. & in compoſitione obſoniorum generibus ſemper ſubjungitur, ut Int. Av. ibid. l.* 43. *Sjurbagium. & l.* 48. *Zirbagi.*

بُوجٌ Manifeſtum & conſpicuum eſſe.

בְּאדָן Badan, *nom. prop. loci in quo malogranatorum bonorum creſcebat copia. Tal. Kelim c.* 17. עוּ *f.* 74. 1. בדן Id.

SYR. بُوذَا Venenum flavum. *F.*

بوذاسفس *i. q.* Mamiras, *Avic.* I. *p.* 211. *Ar. c.* 426.

SAM. פאד *v.* פא *in* ד. אפאד Antequam, *à* פאד *i. q.* בעד ante, *&* אל non. Gen. 27. 4, 33. פאד *Reſpondet Heb.* פטרה Exod. 28. 20. *An. Sam.*

AR. بَادَ *v.* بيد. بَادٍ *pro* بَادِوٌ *v.* بدو, *et* بَادٌ *v.* بدّ.

بَادَامَكٌ, *et cum* د, Salicis genus, بيدن *Andaluſiis dictum.*

بَادَوَرْدٌ *et* بَادَاوَرْدٌ, *&cum* د, Spina alba. *Avic.* I. *p.* 140. *l.* 12. *Ar. Dioſc.* III. 14.

بَادَرِنْجُويَه, *et per* ر *it.* د, *rectiùs aliis* بَادَرِنْجُبُويَه (*à Perſ.* بادرنك *et* بوي *Badrenus* citrium *&* *Boui* odor) citrium olens, Meliſſa, citrago.

بَادَرُوجٌ, *& ſine* ا, *cum* ذ, Ocimum, baſilicum. *Avic.* I. *p.* 146. *l.* 19. *Ar.*

بَادِزَهَر, *it. cum* و *et* د, *Perſicè* ventus, ac diſſipator veneni, Lapis Bezahar, *inde ita dictus. et* Alexipharmacum omne. *Avic.* I. *p.* 130. *l.* 42. *&* 277. 23. *Ar.*

بَأَدِلَه *Pl.* بَأَادِلُ, Inceſſus celer. 2, Caro inter pectus & axillam. *& ipſa* Uberum caro.

بَادَلَانٌ Oſtrea.

بَادِنْجَانٌ, *et* بِي *Poſſeſſ. & cum* د, *Perſ.* بَادِنْكَانٌ, Melongena. Poma amoris *R.* Malum inſanum, *fortè quia gignit melancholiam, quæ furori eſt proxima. Plemp. in Avic.* I. *p.* 144. *l.* 31. *Ar.*

بادنجان ترياقي Xanthium. *Dioſc.* IV. 138.

¶ بَادَ Injuſtus, inops, humilis fuit. *et eſt* بود.

بَادَقٌ Genus quoddam vini.

בָּאָה AR. بَاهَ, *v.* أَبَهَ, Intellexit, percepit, animadvertit. *cc* ل بَاهٌ *Perſ.* Coitus venereus. *v.* بوه.

בָּאוּ AR. بَاَّ *pro* بَأَوَ *et* بَأَيَ, *Act.* بَاوٌ, بَأْيٌ, *et* بَاوَآءٌ, Superbivit. *&* Glorioſum præbuit ſe, بَاذِيٌ *Perſicè. et* با نفسه Extulit ſe ipſum على. *præ aliis. cc* ،،

2, *de camelo* In curſu *ſ.* incitatiore greſſu vires intendit, eoque certavit extulitque ſe.

בָּאז AR. بَازٌ *Pl.* بُورٌ, أَبْوُرٌ, *et* بُزَرَانٌ, *i. q.* بَازِي, *aut pro eo,* Accipiter, falco. *Avic.* I. *p.* 350. *l.* 1. *Ar.*

بازياري Idem. *BB.* بَازِيَه Accipitraria res.

بَازَلَه Cortex arboris. 2, Fœneratio. 3, Inceſſus celer.

بازرنجويه, *et* د *loco* ر, *ubi vide,* Apiaſtrum ſeu citrago. *Ar. aliter* Olus citrinum. *Lat.* Meliſſophyllum, Meliphyllum. *Offic.* Meliſſa. *Plemp. in Avic.* I. *p.* 144. *l.* 26. *Ar.*

בָּאח AR. بَاحُرُوحِي Planta in arido & duriore ſolo ad tria cubita excreſcens foliis كَشْنِيجٍ, flore leviter rubente, cui grana ſuccedunt nigra, ciceribus paulò minora & molliora.

בָּאט CHAL. בִּיאָט Gradus, locus manſionis. *Munſt.*

AR. VI. تَبَاطَأَ In latere cubavit. 2, Laxo, molli & omiſſiore animo fuit. *&* Non curavit, ſuperſedit. *cc* عن. *Gigg.* Avidè expetiit, efflagitavit *ab illo.*

بَاطُسٌ, *Gr.* Βάτος. Rubus. *Dioſc.* III. 37.

בָּאי AR. اَلْبَادِيَه *i. q.* عِيدُ اَلرَّيْدُونِ, Feſtum palmarum: ἀπὸ τῶ βαΐα, *qs.* βαϊοφόρος ἑορτή. *Cauſam v.* Joh. 12. 13.

בָּאל CHAL. בְּאֵלָא *Nom. prop.* ſylvæ cujuſdam in Babylonia, *aut eſt ſimpliciter* Sylva. *Hinc illud* תּוֹר בְּלָא Bos ſylvæ *i. e.* Sylveſtris, Deut. 14. 5. *Chol. f.* 80. 1.

SYR. بَالَا صَدَفَا Margarita naturæ. *BB.*

ÆTH. በኣለ: Mat. 16. 14. *vr. error in exemp. pro* በሎሙ: Sunt qui.

AR. بَالَ Minxit. بَالٌ Animus. Status. *v.* بول.

بَوَلٌ, *Act.* بَأَّالَهٌ *et* بُوَوَلَهٌ, Parvus & infirmus fuit.

بَيِّلٌ *et* بَيْئِلٌ, *et* ضييل بييل *ſimili ſubjunctum,* Parvus & debilis.

بَالَهٌ, *v.* بلي, Sollicita cogitatio: cura. 2, Vas in quo aromata reponuntur.

בָּאם SYR. حَامْدَا, *&* حَامْصَا *Gr.* βῆμα, Tribunal, thronus. 2 Mac. 13. 26.

AR. بَامِيَهٌ Herba pentagona Ægyptiaca, ejuſque fructus ſemenve edule. *Bammia Proſp. Alp. de plant. Ægypti c.* 27. *& Veſling. in loc.*

בָּאן CHAL. בְּאנָא *v.* בנה.

ÆTH. በኣነርገሰ: Boanerges. Mar. 3. 7.

AR. بَانٌ *i. q.* بَايِنٌ, *vel pro eo,* Diſtinctè dignovit & diſcrevit *viam, veſtigia. cca.*

بَانٌ *et* حَبُّ اَلْبَانِ, *vulgò Ben & Habul ben,* Glans unguentaria. *Gr.* Balanus Myrepſica. Myrobalanus. *Plemp. in Avic.* I. *p.* 139. *l.* 23. *Ar. Dioſc.* IV. 160.

בָּאס AR. بَؤُسَ, *Fut.* O. Strenuus & audax fuit: in bello validus ac vehemens fuit. 2, Inops evaſit, in egeſtatem incidit, *qs. vim belli paſſus fuit.* 3, بَئِسَ *contr.* נְעַם, *Fut.* A. Infelix & miſer fuit: malis & damnis afflictus fuit. *Conv. cum Ch.* בְּאֵשׁ malum & malè eſſe. IV. Malum & damnum dedit: clades & ærumnam adduxit. VIII. Triſtatus, malè affectus, *itemque* queſtus & averſatus fuit.

بَأْسٌ Vehementia; adverſitas. Eccli. 29. 15. Malum. 2, Pœna: afflictio. 3, *Act.* 1, 1. Virtus & vis bellica. 1 Par. 12. 8. Strenuitas; fortitudo, intrepidi animi audacia.

بُؤْسٌ, *Pl.* أَبْؤُسٌ, *Act.* 2, 1. Malum, adverſitas. Miſeria. *unde*

يوم نعم ويوم بوس *Prov.* Dies alius boni, alius mali eſt: hic fecundus, ille adverſus. *& inde* بؤسك *i. e.* ويلك Væ tibi. *it. Pl. ut Singulare uſurpatum* Adverſitas. Infortunium, ærumna. عسي الغوير ابوسا *& huc refertur* Quandoque exigua crypta affert cladem, *i. e.* à levi cauſa ſubinde magnum provenit malum: diſcrimen ſæpe magnum eſt eo in loco qui videtur eſſe tutus. *Prov. ex eo natum, quòd turmam quandam ex inſidiis cryptæ adorti hoſtes peremiſſent.* 3, Pauper, egenus. Job 29. 16.

بَئِيسٌ *Act.* 3, 1. 2, *ut &* بَائِسٌ, *Ag.* Miſer: inopiâ preſſus, πένης. Pſa. 71. 11, 12. *Ro.* Pſa. 73. 21. Job 30. 25. 3, Audax. *Gigg.*

بَئِسَ اَلرَّجُلُ *contr.* נְעַם الرجل, *& in fœm.* بَئِسَتْ وَنَعِمَتِ اَلْمَرْأَة, Phy, vah virum: *uſurpatur in vituperio, ac deteſtatione: utì contrar. Nima,* Euge vir, *in collaudatione. v.* بئيس *Verbum, quod Perſ. exponitur* malus fuit, *& ad quod Grammatici quidam hæc referunt, & pro Verbis potiùs quàm Adverbiis habent, ulteriore licèt in hac phraſi careant Conjugatione.*

بَئِيسٌ Strenuus, fortis. *pec.* Leo. *Bd. Gigg.* 2, Durus, vehemens: *ut*

عذاب بئيس Pœna gravis.

بَأْسَاءُ *&* بُؤْسَى, *contr.* נְעָמִי, Adverſitas: malum, damnum. *Nomina hæc ad corpus, & imprim. opes, peculiar. pertinere; per Dzarràon verò detrimentum & malum animi denotari, tradit Beidavæus Corani interpres.* ضراء

اَلتَّبَاؤُسُ Criminis condonatio: cùm pauper ſe demiſſè gerit ob amorem vel ad culpam deprecandam. *Gigg.*

مُتَبَئِّسٌ Triſtis. Sibi diſplicens ob adverſam fortunam: de ea querulus.

بَاعَرٌ בָּאעַר Pagrus *piſcis.*

בָּאק AR. بَاقَ, *Act.* بَوُقَ *&* بَوِقَ, Accidit, ſupervenit *illi malum. ccap.* VIII. Derepente incidit, ingruit: *hinc* ابتاق عليهم الدهر Irruit in illos fortuna cum ærumna, inflixit illis malum. بَاقِيَةٌ

بَاقَةٌ Menſuræ genus. *Int. Baccati. B. Bacha. Avic.* I. *p.* 452. *l.* 16. *Ar.* Bachates parva, Myſtrum parvum commune eſt menſura drachmas capiens ſex pondere, vel ſecundùm Atticos quinque tantùm. *Bd. ex Pand. tract.* III. 29.

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

باقلاء & باقلي *Coll.* Faba. *v. in* בּקל.

בּאר בֵּאֵר Declaravit, dilucidavit, expreſſit *verbis aut characteribus.* Deut. 1.5. *Inf.* בְּאֵר c. 27.8. *Imp.* Hab. 2.2.

בְּאֵר f. Puteus, *cujus aquæ ex terræ venis manant ac ſcaturiunt. Eſt* בְּאֵר *fovea ſine ædificio,* בּוֹר *a. cum ædificio. R. Da.* Gen. 16. 14. & 26. 21. *Af.* Prov. 5. 15. *Pl.* בְּאֵרוֹת Gen. 26. 15, 18. & בֶּאֱרוֹת Gen. 14. 10. *Eſt et No. Propr. ut* בְּאֵר לַחַי רֹאִי Puteus vivi, videntis me, Gen. 16. 14. *Ad hunc Puteum Iſmaelitæ quotannis celebrabant feſtum, et vocatur hodie* בּאר זמום Puteus patientiæ. *Sch.* בְּאֵר שָׁבַע Puteus juramenti. *ratio nom.* Gen. 21.31. *nunc* Guiblin *dicitur. v. Maſium in Joſ.* 15. 21.

CHAL. בֵּאֵר Declaravit, explicavit, expoſuit. מְבוּאָר Explicatum, declaratum. *Rab.*

בִּיאוּר Expoſitio, declaratio. *It.* complexio. *Sch.* בְּבִיאוּר Clarè, diſerté. תּוֹסֶפֶת הַבִּיאוּר Additio expoſitionis, epexegeſis, expoſitio antecedentis. *Pl.* בִּיאוּרִים.

בְּאֵרָה Fons, puteus. Cant. 1. 1. *v.* & בּיר. בארג *v.* ברג.

SYR. ܒܐܪܐ Puteus. Pſa. 7.16. *et* ܒܝܪܐ Gen. 16. 14. Joh. 4. 11, 12. *Pl.* ܒܐܪ Gen. 14.10. ܒܐܙܐ Oleander. ܗܐ ܒܐܙܐ Nunc.

SAM. בארא *i. q. Ch.* Num. 5. 18, 19, 22, 23, 24. *Aph.* הבאר Declaravit, declarari fecit: *forma mixta & anomala,* Num. 31.5. *conv. c. H.* בחר *permut.* ח & א.

AR. بَأَرَ. *Act.* بَأَّرَ, *Fut.* A. Fodit *puteum, foveam, vel ſtruendi* ignis locum. 2, Abdidit, repoſuit, recondidit, *& velut* defodit. *cca.* VIII. *i. q.* 2, I.

بِئْر *Pl. panc.* بِئَار & أَبْؤُر *pro* أَبْآر *per Metatheſin,* Puteus. Gen. 26. 15, 18.

بَأَّار Benefaciens. *v.* برر.

بَارِد, *Perſ.* بَارُوذ Galbanum.

بَارِسطَارِيُون Paſtus columbinus. *Gr.* περιστερεὼν, verbenaca. *Dioſc.* IV. 60.

بَارُوح Nux Indica major, *vulgò* Coccus.

بَارُود, Flos lapidis Aſii, ثلج صيني *Ægyptiis* Nix Sinenſis. *Illâ voce hodie vocatur* Nitrum, holonitrum; *et, qui inde fit,* pulvis nitratus.

بُورَة Fovea. *Spec.* Locus ubi ſtruitur ignis ad coquendũ, *præſertim in campis; unde Perſ. per* foveam ignis *exponitur. Et eſt illi genti, præſertim campeſtri, familiaris* fovea puteo ſimilis, in qua accenditur ignis & cibus coquitur, veluti in furno. *Foveæ ejuſmodi fervefactæ imponunt carnes, integram plerumque ovem; ſupernè eam claudunt operculo, fictili ferè ſemper, quod oblinunt fimo lutove, nè exſpiret calor.*

بَوَارَة Res quæ reponitur, reconditurque in theſaurum *vel* commeatum.

بَارُوف Ceruſſa ex plumbo facta, *Tunetanis et Africæ propriè dictæ incolis.*

בּאשׁ בָּאַשׁ Fœtuit, putruit, malè oluit. Exod. 7. 18. *Fut.* v. 21. c. 16. 20. Jer. 50. 2. *Niph.* נִבְאַשׁ Fœtidus factus eſt. 1 Sam. 13. 4. 2 Sam 10. 6. *et* 16. 21. *Hiph.* הִבְאִישׁ Fœtuit, fœtere fecit. Exod. 16. 24. Pſa. 38. 6. Iſa. 30. 5. *Inf.* הַבְאַשׁ 1 Sam 27.12. *Fut.* יַבְאִישׁ Prov. 13. 5. Eccl. 10. 1. *Hithp.* הִתְבָּאֲשׁוּ Fœtidos reddiderunt ſe, 1 Par. 19. 6.

בָּאְשׁ m. Fœtor, putredo. Amos 4. 10.

בָּאֹשׁ m. Id. *Af.* Joel 2. 20. Iſa. 34. 3.

בָּאֻשָׁה f. Fœtens herba, Spina. Job 31. 40

בְּאֻשִׁים m. *p.* Labruſcæ, uvæ fœtentes. Iſa. 5. 2.

CHAL. בְּאַשׁ Diſplicuit, ægrè, moleſtè tulit. Ægrotavit; malè habuit. *Scribitur et* בְּאִישׁ. Gen. 21. 11. Dan. 6. 14. *Part.* 1 Sam. 1. 8. *Pl.*

Soph. 3. 4. *Fut.* Gen. 21. 12. *Ithpeh.* אִתְבָּאַשׁ malè fuit, Exod. 5. 23. *In T. H.* אִיבָּאַשׁ *ſæpe eſt pro* Malè habuit, ægrotavit. *Aph.* אַבְאִישׁ Malè egit, malo affecit, malefecit, 2 Reg. 21. 11. & הַבְאִישׁ Ruth 1. 21. *Part. Pl.* מַבְאִישִׁין Mic. 7. 3. מַבְאִישִׁין, Pſa. 22. 17. *Inf.* אַבְאָשָׁא 1 Sam. 12. 25. *Et ex dial. Hier.* לְמַבְאָשָׁא Lev. 5. 4. *T. H. &* לְמַבְאָשָׁא Exod. 23. 2. *Jon. Fut.* Gen. 19. 7, 9.

בְּאִישׁ, בְּאִישָׁא Malè affectus vel diſpoſitus, malè ſe habens, ægrotus. *Tal.*

בּאושתא Maligna, peſſima. Ezra 4. 12.

בִּישׁ, בִּישָׁא Malus, malignus. Malitia, malum. Gen. 6. 5. Deut. 17. 2. *Pl.* בִּישִׁין. *Fœm.* בִּישָׁן Gen. 28. 8. *v.* בִּישׁ.

בִּישְׁתָּא, בִּישָׁא Malum, malitia. Gen. 26. 29. & 37. 20. *Conſt.* בִּישַׁת Gen. 6. 5. *Af.* Pſa. 40. 15. Num. 35. 23. *Pl.* בִּישָׁן Pſa. 34. 20. *Emph.* Jer. 24. 8. *Conſt.* Hoſ. 7. 1. *Af.* Pſa. 141. 5.

בְּאִישׁוּת Fœtor, putor. *Rab.* בישות Malum, malitia. Deut. 28. 20. & בִּישׁוּ Gen. 31. 52. *Af.* Pſa. 35. 26. *Ketubh. f.* 25. 2. אַבְאָשׁוּת Malus ſtatus, mala diſpoſitio vel affectio. Eccl. 7. 4.

מַבְאִישִׁין Mali, peſſimi. Ezech. 7. 24.

SYR. *Ethpeh.* ܐܬܒܐܫ Diſplicuit, ægrè tulit. *cc* ל. 2 Sam. 3. 8. Mat. 26. 8. *Per Metath.* ܐܬܐܒܫ Mat. 21. 15. & ܐܬܐܒܫ Mar. 14. 4. *Part.* Luc. 11. 53. *Aph.* ܐܒܫ Malefecit, malum intulit, læſit, afflixit. Act. 7. 19. ܒܫ Bar. 4. 31. ܐܒܫ v. 32. *It.* Fœtere fecit, *ex ſignificatione Heb.* הִבְאִישׁ Exod. 5. 21. *Fut.* Geneſ. 31. 7. ܢܒܫ Gen. 34. 30. ܢܒܫ c. 19. 7. Act. 7. 6. & 12. 1. *Ethpah. per Metath.* ܐܬܒܫ Diſplicuit *illis,* Neh. 2. 10. ܒܝܫܬܐ Anguſtia. ܒܝܫ, ܒܝܫܐ Nocens, facinoroſus. Iſa. 1. 4.

ܒܝܫܬܐ Damnum, maleficium, detrimentum. ܒܝܫܐ Malè, ægrè. Neh. 2. 10. ܒܫܘ Severitas vultûs. Eccleſ. 7. 4. ܒܝܫܬܐ Inopia. c. 12. 6.

SAM. בּאשׁא & בּאשׁא *i. q. Syr.* Gen. 38. 10. *et* 48. 17. *Pa.* בּאשׁא v. 1. *Fu.* c. 21. 12. Deut. 15. 9. & 28. 54. בּאשׁא *ut in Exemp. pro* בּאשׁא v. 56. *Hiph.* בּאשׁא. Malo affecit. Exod. 5. 23. *extrito* א v. 22. Num. 11. 11. *et* 16. 15. & 43. 6. *Pa.* c. 31. 7. Lev. 5. 4. בּאשׁא *ut Syr.* Geneſ. 21. 11. Num. 11. 10. בּאשׁא & בּאשׁא Languor, morbus, malus affectus. Exod. 15. 26. & 23. 25.

ÆTH. በእሰ፡ Malus, pravus fuit. Luc. 11. 25. 1 Tim. 6. 9. ወዘይበእሰ፡ & quæ malæ ſunt eis: *fo. leg.* ወዘዖበእሰ፡ *in* 4ª. *conj.* & quæ malo afficiunt eos.

ምበእስ፡ Pravum, malum. Luc. 3. 5.

ብእሲ፡ ብእሴ፡ Vir, homo. Mat. 27. 57. Mar. 5. 22. Luc. 8. 27. c. ፩፡ *parag.* Mat. 21. 28, 33.

ብእሲ፡ ብእሲ፡ Unuſquiſque, quilibet. Cant. 3. 8.

ብእሲት፡ Fœmina, mulier; uxor. Luc. 13. 11, 12. Pſa. 108. 8. *Hinc* ተበእሰ፡ Pugnavit, decertavit, præliatus eſt. (*ut ab ἀνὴρ, ἀνδρίζομαι.* 1 Cor. 16. 13.) Act. 5. 39. *et* 7. 26. *et* 23. 7, 9.

AR. بَأَسَ *Fut.* A. Proſtravit de improviſo, humi ſtravit inopinantem.

ما بأس مني *i. e.* ما امتنع Nè mihi prohibeas: nè à me abſtineas. *Gigg.* Non prohibitus eſt à me. *Bd. et* ما باشّه بسّي, Haud illum expuli: haud ſum infectatus. Nihil illi præbui. *Gigg.* III. Socium prehenſum, cùm nihil ipſe feciſſet, humi ſtravit. *cca.*

بَاسَة *et* بَاسَة, *Nom.* loci in Ar. felici, multos alentis leones.

بَاسَا *et* بَاشَا, *Pl.* بَاشَات, *Nom. Turc.* Præfectus: Imperii Turcici miniſter ex majorum numero, *vulgò* Basja.

בּאת CHAL. בּאית Sternere, extendere ſe. Iſa. 58. 5. *Ven.*

SAM. בּאת Erubuit. Gen. 2. 25.

ÆTH. በሰተ፡ *v.* በወእ፡ *et* በዐተ፡

AR. بَاتَ Pernoctavit, *&c. v. in* بيت.

بَاهَ *et* بَاهَ *v. in* بوا *et* بوه.

بَاتَ *et* بَاتَ *v. in* بوت.

בּנב בְּנָא m. Cibus, eſca. *Conjungiter plerunque c. voce* פַּרְ Portio, buccella. *Nec cibi tm. Quantitatem indigitat, quod hactenus ſtatuerunt ferè omnes, i. q. Hebr.* ארוחה. *Merc. ſed potiùs Qualitatem,* dapes *ſc.* opiparas, نزل *ut Ar. Sel. Syr. etiam* Id. *teſte BB. et S. Ephremo. pec.* varia pulmentorum genera, cocta, *vel* aſſa. *v.* פּבּב.

לְבַנּ *v. in* בוז.

AR. بَجَّ, *Act.* بَجَّ, *Fut.* O. Fidit *ſ.* diſrupit *ulcus.* 2, Confodit & perfodit *haſta. ccar. &* ب *p.* Transfixit. 1 Tim. 6. 10. 3, Diſtendit & tantùm non rupit: *ut pecus pabuli copia.* III. *i. q.* بَارَّ Prodiit adversùs alium. Ejecit *eum* forás. *Bd. Kam. et* Vicit, ſuperavit *eum. Bd. Gigg.* VII. *Paſſ. præc. prox.* 3, I. Hypochondria diſtentum *qs.* crepuit *pecus ex nimia pabuli copia.* إستَرخَى وتَثَاقَل, *et cum* ب, *i. q.* إنبَاجَ, Remiſſum & gravem tardumque ſe præbuit.

Q. بَجْبَجَ Mole carnis præditus fuit. Enervatus fuit ob carnis molem. *Gigg. Bd.*

بَجّ *Coll. incolis Africa propriè dicta ita dicitur* Arbutum, *ſc.* fructus arboris قطلب *Cathlab, quæ* κόμαρος *& Dioſc.* I. 175. 2, Pullus avis. *Bd. Gigg.*

بَجَّة Cicatrix. *Avic.* I. *p.* 51. *l.* 34. *Ar.*

بَجَّة *Nom.* Idoli. 2, Puſtula in oculo. 3, Sanguis phlebotomiâ emiſſus. *Gigg. Bd.*

بَجْبَجَة Cantus luſuſque quo demulcetur infans. & Facere aliquid quo is decipiatur.

بَجَاج *et cum* ة *augmenti,* Vir cujus carnes præ obeſitate moventur ac tremunt. 2, Coacervata & conferta *arena. Gigg.*

بَجَّ, f. بَجَاء, Amplo oculi præditus hiatu.

عين بَجَاء Oculus patens palpebris ab invicem deductis.

بَجْبَجَة Hypochondria diſtentum *pecus. Bd. Gigg.*

בּנא CHAL. בְּנָא, בְּנִין, בְּנֵי Ager, campus, rus, vallis. *Betz. f.* 21. 1. *Bava bas. f.* 68. 1. *It.* באנא, *et* באני, *Erubh. f.* 73. 1. *Bava kama f.* 113. 2. *It.* Rami arboris. *Munſt.* בְּאָנִי Agricola, ruſticus.

מְבַנַּאי Mifgæus. *Aruch. Al. Nom. prop.* Viri.

SYR. ܒܢܐ Scaturivit.

ܒܘܢܐ Hortus. *BB.* ܒܘܢܝܬܐ Hamus. حرنبل *BB. Scrib. etiam* حوران.

ܒܘܢܝܬܐ Impedimentum. *F.*

בּנב SYR. ܒܘܢܝܬܐ Prædicator, concionator. *It.* Cucurbita. 1 Reg. 14. 3. Seria. *BB.* Laguncula,

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

Laguncula. Jer.19.1,10. *Pl.* כְּבָחִים Gurgites aquarum. Tumores grandes. *B.B.*

כְּבִיחָא & כְּבִיחָה Murmur, *qs.* gemitus columbæ. *B.B.*

בָּגַד Perfidus fuit, perfidè egit, prævaricatus est. *cc* ב, ם *& absol.* Job 6. 15. Mal.2.14. *Part.* Isa.33.1. *Inf. ibid. Fut.* Isa. 48.8. Mal.2.10.

בֶּגֶד c. Perfidia, falsitas, prævaricatio. Isa.24. 15. Jer.12.1. *It.* Vestimentum. Lev.6.27. *&* 13. 47. Deut. 24. 17. *Af.* בִּגְדוֹ 2 Reg. 9. 13. *Pl.* בְּגָדִים Lev.6.11. Gen.24. 53. *Const.* Gen. 27. 15. Exod.28.2. *Af.* 2 Reg.5.8. Psa.22.19. *Fœm. Af.* בִּגְדוֹתֶיהָ Psa.45.9.

בְּגוּדָה f. Perfida, prævaricatrix. Jer.3.7.

בְּגֻדוֹת f. *p.* Perfidiæ, prævaricationes. Soph. 3.4.

CHAL. בגד *i.q. Heb.* בגר.

בְּגִידָה Perfidia, falsitas, pravaricatio. *Rab.*

בְּגוּדָה, בְּגוֹדָה Perfidus, a.

בֶּגֶד Vestis, vestimentum. בגד הויעה Sudarium, interula. *Meton.* Pannus unde vestimentum fit. אל תלבש בגדיך בלא ברכה Nè induas vestes tuas sine benedictione. *Aliter, nullum tandem ab illis usum senties; ut David* 1 Reg. 1.1. cooperiebant--non calefiebat: *idque q.dilacerârit pallium Saulis. R.Sal. in lo.*

SYR. *Ethp.* אִתְבַּגַּד Attenuatus, retentus est. *B.B.*

בְּגָדָא Minores lapides quibus utuntur ad ædificia. *B.B.*

AR. بَجَدَ, *Act.* بُجُودٌ, Constitit, substitit, consedit *in loco.cc* ب.

اَلْبَجَدُ Cœtus & turba virorum. Centum cameli, *vel etiam* plures. *Gigg. Apud Saad. est pro* יריעות Exo. 36. 11. *Hinc*

بَجَادِي *pro* Achate. *R.*

بَجَادٌ Amiculi Arabici genus striatum. 2, Tapetium. 3, دو

اَلْبَجَادِيُّ *Cognom.* Arabis cujusdam, *cujus Nom. propr. erat Abdalla.*

بَجْدٌ, بَجَدٌ, بُجْدٌ, Interius, intimum *negotii. it.* Radix. *it.* Desertum: solitudo. *Bd.* 2, *primum* Cognitio: notitia, scientia. *Unde*

اِبْنُ بَجْدَةَ Pollens peritiâ & gnarus gerendæ seu administrandæ *rei.*

اَبْجَدُ *Vox artificialis, prima earum octo quibus Alphabeti Arabici literæ quatuor primæ antiquo Hebræorum ordine comprehenduntur.*

بُجْدٌ Psyllium, *inprimis* semen ejus. *Dioscor.* IV.70.

¶ بُجَادِي Grana versicolora. Ezech. 28. 13.

בגו AR. بَجَاوَةٌ, *Unde* بَجَاوِيَّةٌ *Camelorum quoddam genus cognominatur,* Provincia Nubiæ, Arabes inter & Habassinos: *fortè* Bagada *Plinii.*

בגז AR. بَجَزَ Transfodit, expulit *illum:* totâ manûs volâ verberavit. *Gigg. v.* بجر.

בגח SYR. אַבְגַּח Avertens, avocans. *B.B.* אִבְגַּחָא Mora in promittendo.

AR. بَجَحَ, *& cum Fatha minùs rectè,* ب. Lætatus, gavisus fuit. *cc* 2, Debilitavit *illum: Mediâ Phat. Gigg.* II. Gaudio affecit, exhilaravit. V. *Pass. præc.* II. Gaudio affectus fuit.

بَجْحٌ *i.q.* فَرَحٌ, Gaudium, lætitia.

בגי AR. بَجَايَةُ, *Baga, Vaga, Beggia,* Oppidum maritimum Africæ propriè dictæ.

בְּגַל CHAL. בְּגַלַּאי *v. in* גלה. *&* בְּגָלָל *in* גלל.

SYR. אִתְבַּגַּל Evagatus est mente, cogitavit mala, effutivit. אִתְבַּגְלָא & אִתְבַּגְלוּתָא Delirium. *It. primum* Res creata, creaturæ.

אִתְבַּגְלוּתָא Evagatio mentis, cogitatio mala, effutitio.

אִתְבַּגְלָתָא Tapetum. *F.*

אִתְבַּגַּל Citò, *pro* אִתְבַּגַּל. 2 Sam. 17.21.

AR. بَجَلَ, *Fut.* O. *et* بَجِلَ *Fut.* A. Prosperâ valetudine & fortunâ usus fuit. *Gigg.* 2, *Mediâ Damm.* Magnus fuit *vir:* ad senectam pervenit: Venustate gravis fuit & verendus. *Id.* II. Magnifecit, veneratus fuit. *cca.* Ex. 23. 3. *&* Lev. 19.15. *Erp.* 2 Reg. 10. 6. 2, Dixit illi satis est, cùm metam rei attigerit. *Gigg.* IV. Suffecit illi *res,* contentum reddidit. *cca.*

بَجَلٌ Quod satis & sufficit. *et* بَجَلٌ *et* بُجْلٌ, Satis. Satis est tibi. Sufficiat. 2, Vaniloquus. Jactator. Mendax insignis. *Gigg.* 3, Admiratio. *Id.* 4, *Ultimâ Ziesmatâ* Ita, etiam: *responsio affirmantis. Id.*

بُجْلٌ Falsa criminis imputatio, *seu* calumnia magna.

بَاجِلٌ Abundans adipe *vir, camelus.* Bono statu gaudens.

بَجَالٌ, *& cum Tesdid,* Senex suorum dominus, & princeps. Vir magnus & potens. *It.* Vir senex & pinguis. *et* Camelus pinguis.

بَجِيلٌ Magni corporis, corpulentus *senex, vir. et* Senex populi princeps, *np.* honoratus. *et* Res crassa omnis.

بَجَلَةٌ *à quo* بَجَلِيٌّ *Gentil. et Poss. Nom.* propaginis Suleimitarum.

اَلْبَجَلَةُ, *Pl.* بُجَالَاتٌ Arbor exigua. 2, Præclara natura; pulchra forma, figura. *Gigg. Bd.*

بَجِيلَةُ, *à quo* بَجَلِيٌّ *Gentil. et Poss.* Ramus stirpis Maäditarum Arabum in Jemen. *à* بَجِيلَةُ *fil. Anmári, fil. Nezâr, fil. Maäd ita dictus.*

أَبْجَلُ, *in homine* الأَكْحَلُ *Alákhelo,* Vena in anteriore pede cameli *vel* equi.

تَبْجِيلٌ Veneratio. *Gloss.* Laudatio. *R.*

בגם SYR. אִתְבַּגְמָא Paropsis. *BB.*

AR. بَجَمَ, *Act.* بَجْمٌ *et* بُجُومٌ, Quievit, continuitque se præ lassitudine, terrore vel metu. Attentè adspexit *vir. Gigg.* 2. Moram traxit. 3, Contractus fuit, *seu* contraxit se. II. *i.q.* 2, *et* 3, I. *Bd. Gigg.*

اَلْبَجَمُ *Ægyptiis ita dicitur* Fructus ficûs اَثْلٌ quæ est species Myricæ seu Tamaricis, *ut* اَلْعَذْبَةُ *Babyloniis.*

اَلْبَجْمُ *Act.* II. Intuitus intentus in videndo. *Bd. Gigg.*

בגן CHAL. בְּגִין Propter, *v.* גין.

הַבְגִין Clamavit. *Arnch. Al.* הפגין.

SYR. אִתְבַּגַּן Clamavit, vociferatus est, imploravit, tumultuatus, conquestus est. *Part.* Deut.

22.24. 2 Reg. 6. 26. Gen. 41.55. Act.21.28. *Imp.* Isa. 14. 31. *Inf.* 2 Reg. 8. 3. *Fut.* Job 19. 7. Isa. 65. 14.

בִּגְרָא, אִתְבַּגַּר Provocatio, appellatio *ad judicem.* Act. 25. 12. *&* 28. 19. *Pl. Af.* Act. 25. 11.

אִתְבַּגְרוּתָא Exclamatio, vociferatio, querela, imploratio, provocatio ad judicem, accusatio, obtrectatio.

AR. تَجَمَّعُوا Congregati sunt. *Gigg.*

בגע ÆTH. በግዕ: Agnus, ovis: *Plur.* ኣባግዕ: Psa. 43. 13. *&* 62. 14. Deut. 32. 14. Joh. 1. 19.

AR. بَجَعَ Amputavit gladio secuitve. *cca.*

בגר CHAL. בְּגַר Pubuit, pubertatis annos ingressus est, Pilosus fit באותו מקום in isto loco. *Bava bath.f.*167.2. *Pesach. f.*113.1. *Filia* בין שבגרה quando pubuit, *libera est à potestate patris. Nedar.*47.1. *Filia à die nativitatis usq; 12 annos completos vocatur* קְטַנָּה Parva, *vel* תִּינוֹקֶת Puellula; *A 12° anno & die uno vocatur* נַעֲרָה Puella. *Post completos sex menses à quo cœpit dici* נערה, *deinceps vocatur* בוגרת. *Aph. Par. & Inf.* אבגורי מבגר *Nidd.* 66. 1. *Al. leg.* אגנורי עד שתחבגר. *Ithp.* אפגורי מפגרא & מגר Donec pubescat. *Majem. p.* 2. *d.* אישות *c.* 2. בָּגֵר Puber. Vigor. *Tal.* בַּגְרוּת Pubertas. *Hæc in puellis incipit à 12° anno & 6 mensibus; in masc. à 13° anno & 6 mensibus, etsi non in articulo isto temporis sita sit hæc res, sed præcipuè in productione duorum pilorum* באותו מקום. *Aruch, & Nidda f.* 65.1. *Kiddus. f.*79.1. בַּגִּיר Pilosus.

בגרונדי *v.* גונדרי.

SYR. *Ethpa.* אִתְבַּגַּר Captus est, retentus, attenuatus est.

בְּגָרָא Pessulus, repagulum. Fragmenta saxorum, lapidum. *BB.* בְּגָרָא Impedimentum. Submersio. *BB.*

בְּגִיר Infirmus, imbecillis, tenuis: macie extenuatus.

בְּגִירוּתָא & בְּגִירוּתָא Infirmitas, tenuitas. Macies, gracilitas.

AR. بَجَرَ Umbilico prominente & Uterosus fuit. *Gigg.* 2, Ventrem lacte vel aquâ implevit, neque sitim explevit. *Id.* 3, Ob illud enervatus & defatigatus fuit. *cc* عن. *Id.* V. Perseveravit in potando vino. *cca. Gigg.*

بَجْرٌ, *Pl.* أَبْجَارٌ, *hujusque Pl. pl.* أَبَاجِيرُ, Malum, malitia. 2, Res gravis ac periculosa. 3, *qs. Adjectivum,* شَيْءٌ بَجْرٌ Infortunium, periculum, ærumna. 4, *Pl. prox. seq.* 5. *cum Be Phat.* Prominens seu elevata *terra. Bd. Gigg.*

بَجْرٌ, & بَجْرٌ وَبَجْرٌ *junctim, Pl.* بُجُورٌ *vel pro sing. signif.* 2. Umbilici exitus, & inferior ejus partis crassities & tumor: hernia umbilicalis. 2, Vitia. *Hinc in Pl.* افضيت لك بجري وبجري *i. e.* عيوبي, Aperui tibi vitia mea, *np.* universum negotium seu statum meum. *It.* Constitutiones internæ. Venæ in ventre invicem perplexæ. *It.* Funis nauticus. *Bd.*

كَثِيرٌ بَجِيرٌ Multus valde & copiosus.

بَجْرَةٌ Umbilicus, sive prominens, sive exiguus sit. *Gigg. Bd.* 2, Nodus in ventre, vultu & collo. *Iid.*

اِبْنُ بَجْرَةَ *Nom. propr.* Oenopolæ, qui Täifi in Ar. felice vixit, *apud Poëtas celebris.*

بَجْرٌ, ةٌ, *Pl.* بَجَارِي Infortunium, malum.

اَلْبَاجِرُ

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

البَاحِرُ Qui eſt corpore inflato. 2, Idolum, quod colebat Alazdo. *Bd. Gigg.*

أَبْكَرُ, f. بَكْرَاءُ *Pl.* بُكْرٌ *Diminut.* بُكَيْرٌ Umbilici exitu & tumore laborans. Ventricoſus, uteroſus *vir. Bd.* عَيْرٌ بُكَيْرٌ بَكْرَهُ *Buzjrabo*, Exprobrat umbilici herniâ laborans *alteri* herniam ſuam : *cùm quis alteri exprobrat vitium quo ipſe laborat. Ita &* نَسِيَ بُكَيْرٌ بَكْرَهُ Oblitus eſt hernioſus herniam ſuam, *propriorum oblitus vitiorum atiena reſpicit. Alii volunt hæc Propr. eſſe nomina duorum fratrum, quorum vetus eſt hiſtoria.*

بَحَارِمُ *i. q.* دَوَاهِي, Mala & adverſa.

בנש Syr. شَعْشَعَا Saxa ingentia. *F.*

A R. بَكَسَ *Fut.* O. Ad fluxum dimiſit, fluentem reddidit *aquam. cca. & Aqua ipſa* Erupit & fluxum cepit. 2, *Ulcus, vulnus vel plagam* fidit. *Gig. Bd.* 3, Blaſphemiis & imprecatione inſectatus fuit aliquem : Deteſtatus fuit & diris devovit illum. *Iid.* V. Ad fluxum dimiſſus & fluidus factus fuit, ſeu fluxit. VII. *i. q.* V. *ſeu* Effluxit & emanavit *aqua.*

بَكْسٌ *et* مِبْكَسٌ Fluens *aqua. Gigg. Bd.*

سَحَابٌ بَكْسٌ *Coll.* Nubes aquam fundens.

البَكْبَسُ Aquæ fovea. Piſcina. *Gigg. Bd.*

الأَبْكَاسُ Scatebra fontis. & Cujuſlibet aquæ ſcaturigo. *Iid.*

בדד בָּדַד Solus fuit, ſolitarium egit. *Part.* Pſa. 102. 8. Iſa. 14. 31. Hoſ. 8. 9.

בָּדָד Solus, ſolitarius ; *adverbialiter a. ſemper ſumitur*, ſeorſum, ſolitariè, *unde* m. & f. *idque in utroque numero jungitur*, Jer. 15. 17. *et* 49. 31. Thren. 1. 1. *et* 3. 28. *et c.* לְבָדָד, ל Mich. 7. 14.

בַּד m. Solus. Ex. 30. 34. בַּד בְּבַד *h. e.* ſingula ſeorſum contuſa : *Maimon. At potiùs de* æqualitate ponderis *interpretantur Sam. LXX. V. Lat. Ch. Ar. noſtr. & Erp. It.* Linum, lineum, *pec.* candidiſſimum. Exod. 28. 42. Lev. 6. 3. *Pl.* בַּדִּים Linea, Veſtes lineæ. Ezech. 9. 2. *It.* Vectes. Exod. 27. 6. Rami, palmites, Ezech. 17. 6. & 19. 14. Magnates. Jer. 48. 30. Hoſ. 11. 6. *Ch.* Filii. Job. 18. 13. *Tar* 2x. Membra Job. 41. 3. *Conſt.* Exod. 27. 6. *Aff.* Iſa. 16. 6. *v. &* בָּדָא.

לְבַד Seorſum. Zach. 12. 12. *c.* מִן *præfixa vel conſequente eſt* Præter. לְבַד מִשְּׁרֵי Præter principes, 1 Reg. 5. 16. מִלְּבַד נָשַׁי Præter uxores, Gen. 46. 26. *c. Aff.* Solus. לְבַדְּךָ Solus tu, Pſa. 51. 6. לְבַדִּי Solus ego, לְבַדּוֹ Solus ille, *&c.* מִלְּבַדּוֹ Præter eum ſolum. Deut. 4. 35.

Ch. בְּדַד Solitarius fuit. *Hithp.* הִתְבּוֹדֵד Id. *Part. Pl.* מִתְבּוֹדְדִין Solitarii, ſolitariam vitam agentes. הִתְבּוֹדְדוּת Solitudo, vita ſolitaria. בּוֹדֵד Solitarius. *Apud Gram.* פּוֹעַל בּוֹדֵד Verbum ſolitarium, *i. e. intranſitivum ſeu neutrum.* בְּדִידָה, בְּדִידוּת Solitudo. *R. Dav.* Pſa. 91. 5.

בְּדִיד Ligo, pala, batillus ferreus, inſtrumentum fodiendi. *Kelim c.* 29. *Pl.* בְּדִידִין Porcæ, ſulci agrorum, foſſæ parvæ derivandæ aquæ cauſâ factæ. *Moed katon f.* 4. 2. *fœm.* בְּרוּדוֹת. בּוֹדְדָה Lacus, vas inſtar mactræ, in quod oleum expreſſum influit. *Scheviith c.* 8. *Arnch* בּוֹדְדָה.

בְּרוּדִין Veteramenta, veterata *veſtimenta. Tal.*

בַּדְּרִין Torcularii, operarii in torcularibus. *Tahor. cap.* 10.

בַּד Torcular, prælum torcularis, locus ubi exprimuntur uvæ. *It.* Trapes *vel* Trapetum, mola olearia. בֵּית הַבַּד Id. *Sanhedr. c.* 3. *f.* 4. *Gem. Schev. c.* 8. Linum, lineum. Ramus : Pertica, vectis, palanga, baculus, bacillus quo aliquid portatur, vel de quo aliquid in officinis ſuſpenditur ;

Pl. בְּרִיאָה Trapetes. Joel. 2. 28. בְּדֵי Bacilli. *Bava metz. f.* 24. 1.

Syr. בְּדִיל Quare, ideo, quomodo, quia. 2 Reg. 10. 16. Iſa. 27. 8. *Aliquando eſt i. q.* בְּדִיל, *vel pro eo*, Prov. 22. 26.

בְּדֹלָא Prælum, torcular. *v.* בְּדָא.

AR. بَدَّ *Fut.* O. *Act.* بَدَّ, Separavit, diſjunxit. Diſperſit. *cca.* Pſ. 117. 9. *Ro. ap. Saad. pro* וַיִּטַּח Exod. 32. 20. Moluit, بَدَّ الْعَقَبَ *Bedd' alcataba, qs.* لَبَدَ, contrivit. *R.* 2, Suffulcivit ſellam jumenti panno coactili, tomento aliiſve : velut pulvino ſubdito ephippii vel ſellæ duo latera diſtendit : *quod fit nè à duritie lædatur dorſum. Et hinc forſan abſolutum* بَدَّ *Bedida.* 3, Femora ab invicem diſtenta propter carnoſitatem habuit *homo*, diſtentos anteriores pedes *quadrupes.* 4, بَدَّ Defeſſus fuit, dormitavit *Zaidus. Gigg.* II. Diſperſit, diſſipavit. *cca.* Gen. 11. 8, 9. Deut. 28. 64. 1 Reg. 9. 7. Pſ. 105. 27. Luc. 15. 13. III. Vendidit permutando *merces mercibus.* IV. In partes tribuit. Diſtribuit *dona inter plures*, cuique ſuam largiens portionem. *cc* بَدَّنَ *p. & car vel cga. Et hinc ferè* بَدَّ يَدَهُ إِلَى الأَرْضِ Extendit manum ad terram. Manum ejus deorſum traxit, *nùi inter ſaltandum fit.* V. *Paſſ. &* II. Diſperſus eſt. Lev. 26. 38. Jud. 8. 12. Pſ. 140. 9. *Ro.* Act. 11. 19. *Erp.* VI. Diviſim & ſigillatim adorſi ſunt invicem *in pugna. &* Sui ſimilem & æqualem aſſumpſit in opere vel re. *Ita* VIII. Separatim & quiſque à ſua parte acceſſit & aggreſſus eſt *rem vel hominem. ccap. ſic* رَضِيعَانِ يَبْتَدَّانِ أُمَّهَا ; & اِبْتَدَّاهُ بِالضَّرْبِ, Infantes duo lactentes ſuxerunt utrinque matrem ſuam ; *et* Ambo utrinque verberarunt illum. X. Solus in opere vel re aliqua verſatus fuit. Habuit quid proprium & peculiare *vel* vindicavit ſibi. *et* ſolâ uſus fut *re et* ſingularis fuit *in ea, aut* ſolam delegit. *cc* بَدَّ *vel* فِي. Opus impoſuit *ſervo*, Eccli. 33. 28.

بَدٌّ Laſſitudo. 2, Prelum *ſ.* trabs quâ uva vel oliva premitur. *R. Sch.*

بَدٌّ Similis. بُدٌّ *Pl.* بُدَدٌ, *à Perſ.* بَد *But*, Idolum. 2, *i. q.* بُغُوصٌ ; *legit Gigg.* bibones, Quod pro alia re datur ac retribuitur. 3, Culex. *Bd. Gigg.* 4, Separatio. Fuga. *Hinc* لَابُدَّ *La budda, cc* مِنْ *ſeq. Nom. vel c* أَنْ *ſeq. Verbo*, Non eſt ſeparatio, non eſt fuga, *i. e.* Neceſſarium eſt. Joh. 18. 11. 2 Macc. 20. 16. *et* 41. 4. Non poteſt non, & omnino debet, fieri. 2 Sam. 14. 13. Matth. 18. 7. *et* 24. 6. بِلَا بُدَّ ſine dubio. Act. 27. 26.

بَدَدٌ *Act.* 3, I. *et ipſa* Diſtantia amplior femorum *in homine*, anteriorum pedum *in quadrupede*, à carnoſitate contingens. 2, Potentia & poteſtas. مَا لَكَ بِهِ بَدَدٌ Non es iſti *rei vel homini* par.

بَادٌ Interior pars femoris : *unde* بَادَّانِ Duorum femorum interiora latera.

بَدَادٌ Egreſſus, qui fit pugnæ ergô : Deſcenſus in arenam, *præſert.* qui viritim fit. *Hinc dcr.* لَقُوا بَدَادَهُمْ *i. e.* أَعْدَادَهُمْ, Numero ſibi æquali occurrerunt, *i. e.* paris numeri adverſariis, quiſque ſuo. *Unde et* بَدَادٌ *Bedáda vel Bedádi, i. e.* مُتَبَدِّدٌ, ſeparatim, partitim. *et* Sigillatim, unus poſt alterum : *ita*

in pugna dicunt يَا قَوْمِ بَدَادَ بَدَادَ O viri quiſque adverſarium petite veſtrum, *Keſrat. ult. Dal. ut qs. Imperat. nota ſit juxta quoſdam.* 2, Symbolum à ſingulis collatum, quod non inter omnes æquè dividatur. *Gigg.*

